ADRIANI BEIERI, JCti
BOETHUS.
OPUSCULORUM JURIDICO-FABRICENSIUM PERICULUM NOVUM.
Der Handwercks-Gesell:

DENUO PRODIIT CUM AUGMENTO EMISSUS.

JENÆ,
APUD CHRISTIANUM POHLIUM, 1717.

INCLUTÆ
URBIS EPISCOPALIS
CIZENSIS
DNN.
CONSULIBUS, PRÆTORIBUS, CAMERARIIS,
cœterisque Ordinis Senatorii Patribus
conſcriptis
Nobiliſſimis, Conſultiſſimis, Prudentiſſimis undiquaque
Ampliſſimis atque Integerrimis
Dominis, Patronis, Fautoribus & Amicis
ſuſpiciendis, animum devotum
teſtaturus;

hoc quidquid eſt, dedicat

AUTOR.

Libellus Lectori.

FIdem ante biennium de Prudentiæ Juris alicujus Opificiarii Præcurſoribus interpoſitam, quandamtenus liberaturus Autor, in publicum prodire, atque BOETHO, quem ex officina mittit, Hoſpitem conciliare me juſſit. Si quidquam igitur, Comes itineris, & operarum inveniendarum Procus ipſi datus, in commendationem ejus attulero, facilè, ſpero, cœterarum officinarum artificioſiſſimi pariter atque ingenioſiſſimi hoc condonabunt Gubernatores. Perſona tenus hac & aliis & ſibi ipſi incognita, à Magiſtro ſuo ſtatum qualemcunque atque habitum nacta, ſicque formata, ut tanquam alter Eques fringillarius, immenſo vacui ſpatio peragrato, nunc primum inter entia realia locum ſortiri potuerit. Perfectum igitur in arte ſua non affirmaverim eum, qui pro conſequendo artis complemento, incertum hoc inter homines itineris denuò ſubire conſtituit: uſque tamen eò confido, inſtructus, ut à manibus Tibi, & alicujus operis Adjuva eſſe poſſit. Sermo ipſi ſubagreſtis, qui furnum reſonat, & frequentes crepat formulas opificiarias; Nimirum inter ſodales, meris conſuetudinibus addictos adolevit ſuos: Docilis tamen, &, dum mitem modò nanciſcatur Hoſpitem, ſpes me fovet non inelegans, fore, ut vernaculam noſtram, h. e. legalem ſermonem aſſumturus, & ſpatiis peregrinationis emenſis comptior, moratior, & Magiſterio aſſumendo magis idoneus reverſurus ſit. Intereâ Salutem plurimam nomine Magiſtri, ex cujus officina dimittitur, dicturus eſt omnibus in re literaria Magiſtris eorumque Optionibus, quousque candoris & ſinceritatis Collegio addicti ſunt. A Te verò Lector Honoratiſſime, ſi gratam Hoſpitis hujus adductione operam navaſſe me putas, non aliud expecto honorarium, quam ut benevolo favore Tuo jugi me complectaris: Pollicitus, ſi quos ad nos ablegaveris, pari amore exceptum iri. Vade nunc, & octuageſimum hunc quintum decurrentis ſeculi annum à tergo ordina

FELICITER.

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, ATQVE CONSVLTISSIMO

DN. ADRIANO BEIERO,

JCto celeberrimo,

Fautori & amico suo officiosè colendo,

S. D.

L. JO. WOLFFG. ROSENFELD.

Præf. Ciz.

EST omnino aliquid scire leges Reipublicæ suæ, inprimis in Germania nostra, ubi nulla fere Civitas, nullus Pagus, nullum Collegium, vilissimorum quantumvis Opificum, quæ non Leges atque instituta propria habeant & peculiaria, eaque diversa non modò, sed & sæpius inter se pugnantia & contraria. Ut jam taceam ingentia illa & mole suâ laborantia juris Romani, cum Cæsarei tum Pontificii volumina, ad quæ deficientibus legibus patriis in foro nostro recurrere cogimur. Quæ omnia in numerato habere, ita ut quando usus illorum & necessitas postulat, ex temporali facilitate expromere queas, im-

improbi sanè laboris, nec nisi tenacis admodum memoriæ res est. Etiamsi vero hæc notitia egregia prorsus sit, paucisque data, ad promerendum tamen Juris Consulti, h. e. legum interpretis, amplissimum nomen atque titulum haud satis est. Requiritur insuper, ut quis sciat, quo tempore, à quibus, & quâ occasione unaquæque Lex lata fuerit. Quantum enim hâc in re situm sit, si quis sensum & mentem uniuscujusque legis rectè eruere velit, exemplo suo expedivit amplissimus olim Reip. Genevensis Senator, idemque J.Ctus præstantissimus, Jacobus Gothofredus, qui hoc artificio plurimarum legum Rom. caliginem discussit, omniumque ante se curas superavit. Nec hoc tamen scire sufficit. Nisi enim simul quis exactè cognoscat, num leges cum æterno illo & immutabili Jure, quod naturale dicitur, aut cum statu Reip. conveniant, de vera & non simulata Jurisprudentia neutiquam gloriari poterit. Non tamen hoc ideò dico, quasi existimem, leges quoque seu statuta opificum ad obrussam juris naturalis exigenda esse, nullumque in iis locum obtinere, quæ hoc non nituntur. Minimè. Pleraque enim, si non omnia, positiva sunt, & ab arbitrio Legumlatorum pendent; in quibus jus naturæ frustrà quæritur, illustri Feldeno teste, cui rerum ejusmodi profundus est intellectus. Utilitas Reipublicæ, quæ vulgò RATIO STATUS dicitur, utramque hic facit paginam, ad quam referendum est quicquid inter Opifices vel olim constitutum fuit, vel hodie constituendum venit. Equidem ex civili scientia abundè constat, longoque usu & experientia tot seculorum comprobatum est, opifices in omni Republica, quamcunque etiam illa formam habeat, necessarios esse; adeò ut rationibus id velle firmare, nil aliud esset quàm Soli lucem fœnerari. Num verò cuilibet Reipublicæ aut Imperio conducat, eos in certa quædam Collegia distribuere, inter eos qui rerum civilium præcepta nobis tradiderunt, adeo non est expeditum. Sed quidquid alii dixerint, mihi videtur, Collegiis Opificum ad imperia civilia seu popularia tuenda ac retinenda nihil esse potentius ac melius; ad coercendas autem Tyrannides nihil accommodatius. Exempla id passim loquuntur. Sic Numa Res optimus Opificum Sodalitia & Φρατρίας primus instituit. Tarquinius Superbus sustulit, pessimi Tyranni exemplar. Tarquiniis urbe pulsis omnia Collegia Opificum mox restituta. Ita Cæsar cum dictaturam, oppressa libera Republ. arripuisset, omnia Collegia, præter antiqua, si fides Suetonio habenda, detraxit: quæ posteà Augustus, qui libertatis amans videri volebat, iterum restituit. At Nero iterum sustulit, cui nihil nefas quod quæstum, nihil infame quod commoditatem aliquam promitteret. Cæterum quod ad promovenda commercia attinet, parum interesse puto, opifices in Collegia distributa fuerint an non si modò abusibus illorum pravisque consuetudinibus, quæ propè infinitæ sunt, obex ponatur. Pluirmæ Germaniæ civitates magno suo damno id malum expertæ sunt, adeo ut Statuum quorundam Imperii Legati in præsentibus Comitiis Ratisbonensibus, omnia Collegia Opificum exemplo Batavorum, tollenda, & voce & animo contenderint, prævalente tamen illorum sententia, qui abusus saltem

 illo-

illorum coercendos censuerunt. Sapienter omninò. Non minus quippe probanda est medicina, quæ ægrotas Reip. partes sanat, quam quæ exsecat. Sed quo delabor? Tu mihi nunc compellendus es, Nobilissime BEIERE, *quem unicè his literis designare constitui. Hæc omnia enim quæ Ego circa Jura & Leges Opificum digito tantum demonstravi, largissimâ manu in prudentia Tua Juris opificiaria exposuisti, eaque inde deduxisti, unde deducenda esse, plerique ignorant. Quo solo nomine æternam gratiam apud Posteros inibis, etsi cætera merita deficerent, quibus in orbe litterario inclaruisti. Nihil do auribus Tuis, omnis adulationis inpatientibus; nec id mei moris est. Non mentiar tamen, si dixero, ante Te fuisse neminem, qui jura Opificum meliori ordine majorique studio & diligentia tractaverit, insimulque ad forum & praxin fori nostri accommodaverit. Aliorum curæ, utut omni laude non indignæ, cum Tuis tamen nequicquam comparari merentur. Plerique enim, quos quidem mihi videre contigit, communi Dd. nostrorum vitio in generalibus quibusdam substitere. Tu vero ad singularia descendis, eaque subinde immisces, quæ in pulpitis Academicis hactenus nunquam visa nec audita fuerunt. Perge exercere industriam Tuam, nec permitte ut toto integroque opere diutius carere cogamur. Præmia Posteritas largè tribuet quæ præsens seculum inique negat. Vale Nobilissime* BEIERE, *& opinatissimorum JCtorum, antiquis parium,* STRUVII, SCHILTERIQUE, *si rogare fas est, favorem mihi conserva. Iterum Vale. Scribeb. Cizæ d. XXVII. Dec. A. O. R.* CIↃ IↃC LXXXIV.

INDEX CAPITUM.

CAPUT I.

Nominis Varietas ejusque ratio.

CAPUT II.

Differentia sociorum invicem & à Tyronibus.

CAPUT III.

Socii quomodo fiant. Von Gesellen Sprechen.

CAPUT IV.

De

Peregrinatione Sociorum. Von der Wanderschafft.

CAPUT V.

De

Hospitatura & Diversorio. Von der Herberge.

CAPUT VI.

De

Epocha peregrinandi. Von den Wander-Jahren.

CAPUT VII.

De

Excipiendis Hospitibus & Tessera. Vom Ein- und Aus-schencken.

CAP.

CAPVT VIII.

De

Circumspectione operarum inveniendarum gratiâ. Von der Umschaue.

CAPVT IX.

De

Operarum præstatione atque cessatione. Vom Arbeiten und Feyern.

CAPVT X.

De

Conversatione Boëthorum civili.

CAPVT XI.

De

Delictis Boëthorum opificialibus.

CAPVT XII.

De

Coërcitione & Mulctis.

CAPUT I.

Nominis varietas, ejusque ratio.

Conspectus.

In officinis opificiariis sunt triplicis generis homines num. 1.
Consideratio sociorum necessaria n. 2.
Partitio tractationis n. 3.
Officinæ vocabulum explicatur n. 4.
Socii unde dicti & quare n. 5.
Certus Sociorum numerus solet esse definitus n. 6.
Qui tamen ad operas Civitatenses restringitur n. 7.
Artificis Palatini privilegium in numero boethorum n. 8.
Uxor & filia ad operas magistro conceditur n. 9.
Variæ appellationes boethorum notantur n. 10. 11.
Bursarum denominatio explicatur n. 12. 13. 17. 18. 19.
Vocabulum Knechte *illustratur n. 14. 32. & seqq.*
Schloß-Geselle *quid n. 15.*
Brettmeister *non imputatur viduis in numerum boethorum n. 16.*
Bursæ vocabuli origo explicatur n. 20.
Significatio vocis Gesellen *enodatur n. 21. & seqq.*
Vox boethi explicatur n. 28. 29. 30.
Magister & socii iisdem tenentur statutis n. 31.
Quæritur, an boethus ad operas domesticas à magistro ablegatus, computetur in numero boethorum n. 41.
Macelliones boethos lanionum facere nequeunt n. 43.
Vox Bruch *de mulcta opificiaria dicitur n. 44.*
Socii quales Knappen *appellentur n. 45.*
Derivatio vocis Knappen *indagatur n. 46. & seqq.*
Magister suæ tantum artis boethos alere debet n. 50.

TH. I.

1 IN Officinis opificiariis, triplicis conditionis homines verſari quotidie videmus: Præter enim eos, qui docendi diſcendive gratiâ regulariter, & ſuâ quadam neceſſitate adſunt, mediæ ſortis inter utrosque non raro adſciſcuntur Juvenes, quos vulgari nomine SOCIOS, germanico idiomate Geſellen appellant; de quibus ut aliqua proferamus, non Ordo ſaltem, verum & dignitas materiæ poſtulat.
2 Cum nec pauciora, nec ſcitu minus digna de his, quàm de Tyronibus vel de Magiſtris ipſis dicta ſunt, adferri queant: atque eò graviora, quo recondita magis, neque ita in eruditos, uti cætera nota; dum & reciprocâ ſtipulatione ſilentium promittere, & cauſas quas habent, inter ſe dirimere, aut ad ſummum, Collegio ſuorum Magiſtrorum committere ſoleant; unde fit, ut rarò ad cognitionem Magiſtratûs, ad Advocatorum verò notitiam rariſſimè perveniant.
3 *Conſideratio* illorum alia eſſe poterit generalis, in parte quadam communi, alia *ſpecialis* in parte propria; & conſiſtunt priora quidem in Deſcriptione & Partitione; Illa, tum *Nomen* tum ipſius rei *ſubſtantiam* definire allaborabit. Hæc, diviſione *ſpecies* inveſtigare ſataget: ſed Poſterior *cauſarum* evolutione & variorum iſthuc pertinentium articulorum elaboratione Lectorem delectare ſtudebit.

ANNOTATIONES.

4 * *Officinis*. Dicitur *Officinæ* vocabulum non uno modo in textibus Juris; Primo enim dicitur, pro *tabernis* in publico poſitis, ubi merces publicè venum exponebantur, quæ ſignificatio occurrit in *l. 12. §. 6. Cod. de ædific. priv.* ubi, decorari ejusmodi *tabernacula* ſive *officinas* marmore, jubetur, ut ſint decori Civitati. Secundo pro locis publicis, ubi publicæ operæ exercebantur, veluti officinæ fabricenſium, juxta *Nov. 43.* ubi de publicis Vrbis Conſtantinopolitanæ officinis agitur. Tertio pro privatis operariis, uti dicuntur officinæ balneatorum in balneis tam publicis quam privatis *l. 4. §. 2. ff. de his qui not. infam.* Juxta inſtitutum hodiernum in ſpecie de operariis artium, uti eſt officina Pharmacopoliorum; hic vero latius dicitur pro qualibet operatione opificiaria & loco ad illam deſtinato.

5 * *Socios*. A ſociando nimirum dicti ſunt, quod ſunt magiſtro aſſociati atque eidem ſociam ſeu communem & adjutoriam operam in exercendo opificio

cio

cio præſtent. Unde etiam eſt, quod Lehrmeiſter und Geſellen non tantum in conſuetis ſalutationibus ſæpe conjungantur; verum etiam in Articulis opificiariis, nec non juribus ac privilegiis ſæpe ſimul ponantur.

* *Partitione.* Eodem etiam pertinet certus ſociorum numerus, vel conventione Collegii vel Articulis Collegiorum definitus, quem excedere non licet. Ita Sartores Delitiani *Artic. IX.* ſellas operarias ad numerum *binarium* in quavis Adjuvarum ſpecie reſtrinxerunt, ibi: Es ſoll kein Gewerck oder Meiſter ſeine Werckſtatt höher, denn mit zweyen Stühlen beſetzen, es ſeyen aus Geſellen, Lohn-oder Lehr-Jungen. Alii Collegæ *ternarium* numerum obſervant; Uti extant Statuta Collegii Linificum Dornburgenſium confirmata à Duce Bernhardo anno 1675. *Artic. XII.* ibi: Es ſoll kein Meiſter mehr, als drey Geſellen halten, noch einer dem andern ſein Geſinde oder Werck-Leute abſpenſtig machen, bey Straffe eines Gülden. Poteſt tamen etiam pro conditione opificii aut loci amplior ſociorum numerus indulgeri. Ita Materiarii Gerani numerum ad *ſenarium* extenderunt. Zeugwürcker-Ordnung zu Gera de anno 1654. *Artic. II.* ſub rubrica: wieviel Geſellen ein jedweder halten mag. Verba textus: Wer allhier Meiſter worden, oder ſonſten das Meiſter-oder Bürger-Recht erlanget, und ordentlich an ſich gebracht, mag ſo viel Geſellen ſetzen und fördern, als er ſich getrauet zu verſorgen, jedoch ſollen deren über ſechſe nicht ſeyn. Alia Collegia certum quidem numerum etiam præfixum tenent, ita tamen, ut talem reſtringant ad operas Civitatenſes in der Stadt. Unde excipiunt operas paganicas, ad quos plures boëthos, ultra definitum numerum habere poſſunt. Prout extat apud Feneſtrarios Cizenſes in Ordinatione de anno 1660. *Artic. VI.* ibi: Es ſoll ein Meiſter mehr nicht denn zweene Geſellen fördern, da er aber einen Lehr-Jungen hätte, ſoll er nur einen Geſellen halten. Hätte er aber auff den Lande, auff den Adelichen Höffen, Schlöſſern und anderswo zu arbeiten, ſo mag er ſo viel Geſellen halten und fördern, als er kan und bedürfftig. Ultra conſuetum porro numerum unus vel plures boethi adhuc permittuntur *Artifici Palatino* Hoff-Handwercker, ſi quando neceſſitas hoc poſtulet. Uti decrevit Senatus Jenenſis Menſe Jan. 1681. in ſequentibus formalibus, in cauſa ſerrariorum. Auff geführte unterthänigſte Beſchwerung A. S. B. und Schloſſers, Supplicantens an einen, entgegen die geſamte Schmiede-Zunfft allhier, als Impetraten an andern Theil, beſchuldigte Aufftreibung ſeiner Geſellen, und andere Puncten betreffend, geben Krafft eingelangten Fürſtlichen gnädigen Befehlicht, Bürgermeiſter und Rath, nach entſtandener darinn veranlaßter Güte, und ge-

(margin: 6 beside "Partitione" line; 7 beside "Alia Collegia" line; 8 beside "Ultra consuetum" line)

pflogener weiterer Verhör derer Partheyen, zum Bescheide: Daß zwar die Umbschaue, wie zeithero von Aeltisten biß zum jüngsten, jedoch daß nicht allemahl von fornen wieder angehoben, sondern es der Reihe nachgehen, und der nechst ankommende Geselle, dem nechstfolgenden ältisten Meister zugeführet, und so lange damit, biß es herumb, fortgerücket werden solle. Wegen der Hoff-Arbeit aber würde Supplicanten billig ein Geselle über die ordentliche Zahl verstattet, und wären die andern Meister im Nothfall ihm beyzustehen schuldig. Similiter patet ex Rescripto Regiminis Saxonici de dato den 16. Jun. 1666. ibi: Wenn wir denn diese seine Bitte, wegen angeführter motiven, auch daß er viel Arbeit bey Unsern Räthen und Hoff-Leuten, welche gleichwohl gefödert seyn will, über sich hat, angesehen, und ihn mit Haltung ein oder zwey Gesellen, über die Ordnung begnadiget ꝛc. Als ist Unser Begehren hiermit, Ihr wollet denen Meistern des Schneider-Handwercks solches eröffnen, und ihnen aufferlegen, daß sie ihm dieser Begnadigung ohne Hinderniß geniessen lassen.

9 * *Substantiam.* Ad hanc etiam pertinet, quod socii *masculi* esse debeant, non fœminæ, utpote quæ regulariter opificiorum habentur incapaces; Excipitur tamen *Uxor* & *filia* opificis, quam in operis opificiariis boethicis etiam habere, more opificiorum est indultum, quo spectat decisum JCtorum Jenensium apud Richter. *dec. 80. n. 42.* ad requisitionem der Ober- und andern Meister des Leinweber-Handwercks unter den Ampt Ringleben, ibi: Daß ein Meister sein Weib oder Tochter zu seinem Handwercke auffzusetzen, und vor einen Knappen arbeiten zu lassen befugt. Quod adeo procedit, ut licet sit in Statutis Collegiorum definitus boëthorum numerus, tamen in hunc uxor ac filia non debeant imputari, nec propterea teneatur unum ex boëthis dimittere, siquidem illa opera uxoris & filiæ magis ad operam domesticam, quam mechanicam spectare censetur, licet per consequentiam etiam commodo opificii cedat.

TH. II.

10 *Nomina* quod attinet, opidò variant, pro Collegiorum, proque locorum atque morum diversitate: Modò enim Gesellen / Knappen / Knechte / Pursche / modò aliter dicuntur. Invenias nim. alios Gesellen / Jünger / Mittler / Lohner & Lohn-Jungen appellari: Et est adhuc specialior denominatio, quâ quidam Bretmeister / Taffelschneider / Pallirer &
11 similiter dicuntur. Sed *primi* generis vocabula, synonymiæ; *secundi* autem, graduum; *tertii* denique, specierum esse videntur; sic, ut utrum in hoc collegio Socii, in alio Juvenes, Knaben vel Knappen / rursus apud

alios

alios planè Servi dicantur, ad ipsum statum nihil intersit: secus atque in Mediastinis illis atque Pueris mercenariis. Illa planè accidentalis est denominatio, quâ vel Wochen-Gesellen vel Büchsen-Gesellen / à conventione super mercede, dicuntur. Generalissima & maximè usitata SO- 12
CIORUM appellatio est, sic, ut qui aliter licet nominentur, pro iisdem tamen reputentur; denotetque adeò nomen hoc Statum omnibus communem: Illa BURSORUM denominatio, æquè quidem generalis, sed minus usitata, quantum ad singulos: dum non dixerit facilè quispiam: se alere Bursum; sed, Socium: neque divisio status in Magistros, Socios & Tyrones ita exprimitur: cùm Bursi nomen, directò Socium inferre non videatur, neque tam Tyronibus quam Magistris opponatur, & Tyrones includat. Neque etiam Opificibus peculiare no- 13
men hoc est, sed potissimùm sibi vindicant Studiosi, præprimis extra compositionem; ubi Pursch / secundùm excellentiam, Studiosum denotat, ac, si Opifex sibi tribuit, sufficiens contradicendi, exprobrandique causa reputatur: sed, in compositione, ad alios transire permittunt: Ita enim sodalitium Palatinum, Stabularium audimus, Hoff-Pursch / Stall-Pursch / Mercatorum Juvenes Kauff-Pursch. Denique & Milites sibi invicem illo acclamant, dum AD ARMA provocant: Pursch / ins Gewehr!

ANNOTATIONES.

* Knechte. Appellatio hæc licet certis Collegiis propria quodammodo 14
sit, tamen etiam generaliter & reciprocative cum voce Gesellen usurpatur. Uti exemplum extat in Fürstl. Sächsischer Gothaischer Landes-Ordnung *Part. II. Cap. 3. tit. 38.* ibi: Demnach ist Unsere Meinung, daß die Obrigkeiten solches keines weges gestatten, sondern die Handwercks-Knechte und andere, die dessen, bey denen andern Anfänger und Uhrheber seynd, nach gestalt ihrer Verschuldung mit Gefängniß oder sonst ernstlich straffen, und mit denen andern Handwercks-Gesellen verschaffen, 2c. Eadem appellatio generalis occurrit in Recessu Imperii Augspurg de anno 1500. *Tit. XXII. §. 3.* ibi: Item Handwercks-Leute und ihre Knechte, auch sonst ledige Knechte sollen kein Tuch etc.

* Lohner. Istis porro annumerari potest Schloß-Geselle, quandò ad Opifi- 15
cia Palatina in aula Principis adjuvanda, opifices urbani aliquem boëthum mittere debent. Prout singulariter dispositum extat in der Becker-Ordnung zu Franckenhausen de anno 1663. *Artic. XXVII.* ibi: Zum sieben und zwanzigsten sollen die Becker, wenn es von nöthen, und von ihnen begehret wird, einen Gesellen anhero in das Schloß schicken, und daselbsten dem Schloß-

Becker backen helffen lassen, welches Reige umbgehen, und keiner davon verschonet seyn soll, bey Straffe eines halben Gülden in Unser Ambt zu erlegen, und da vielleicht die Reige einen betreffen würde, welcher keinen Gesellen hätte, der soll entweder selber zubacken, oder einen Gesellen zu verschaffen, pflichtig seyn.

16 * Brettmeister. Quæritur hic, an talis viduæ imputetur in præfixum alias boëthorum numerum? Respondetur Negando, siquidem talis, non ut boëthus, sed tanquam promagister tractari solet, & ne illud, quod beneficii loco est viduis concessum, devergat in illarum odium. Quo spectat Rescriptum Regiminis Cizensis de dato Moritzburg an der Elster den 31. Jul. 1674. in sequentibus verbis: Wir haben Uns Euren, auff Rosinen, Caspar Klahrens, weyland Schusters allhie, nachgelassene Wittbe, demüthigstes Supplicat, erstatteten unterthänigen Bericht, vortragen lassen und erwogen; wenn denn in Auffschlagung der Innung des Schuster-Handwercks allhie so viel befunden worden, daß im 13ten Articul einer Wittbe zugelassen, einen also genannten Brettmeister anzunehmen, auf Maaße, wie daselbst enthalten, hierbey aber nicht verordnet, daß sie dagegen einen Gesellen abgehen lassen soll, deren sonst jeder Meister laut des 15ten Articuls, zweene halten darff; Sondern vielmehr solche Vergünstigung davor anzusehen, daß sie den Wittben-Stand zum besten gemeinet; Also sehen wir nicht, wie Supplicantin zu verwehren, daß sie sich deren gebrauchen möge. Begehren demnach ihr wollet, da sie demselben buchstäblich nachgehen will, diese und andere Wittben damit zu lassen. Ein mehrers aber und sonderlich die Hohlung frembder Gesellen von andern Orten, die sie vorschlägt, nicht gestatten.

THES. III.

17 Bursorum an Pursorum nomen, unde veniat, difficilis æquè definitio erit, atque alia in jure quævis. *l. 202. ff. de R. I.* Equidem, si STUDIOSIS propria est, è Latio derivanda videtur, linguâ illis familiari: & quum à numero censeri videamus eos, quoti sint, à Persona forma-
18 tum crederes, quasi tot Personas quot Studiosos dicere voluerint. Si quis statûs ante hos XXIV. annos & quod excurrit, in Academiis inter Studiosos usitati recordetur, noverit, specialius id etiam apud hos ipsos, ac solis his, qui primum istum tyrocinii annum, dicebant pennalem, transegissent, proprium fuisse, sic ut Pursus & Pœnalis, seu mavis Pennalis, invicem opponerentur; Qua ratione è Barbaria cum re ipsa, nomen advocatum fuisse existimes: Nisi per jocum id factum, quô Junioribus illis
19 jus personæ, ut Romanorum servis, fuerit denegatum. Quòd si MERCATO-

CATORES ad nominis participationem admittendi, conjicias, è Belgio, mercaturæ Gymnasio, tractum, atque per B. molle potius scribendum, seu à Bursa h. e. Crumena, Beutel/ it. Büchse/ ut, Bursa eburnea. vid. Voss. *de vit. serm. lat.* Inde Bursarius, qui Jus conferendi symboli & participandi ex communi bursa habet: vel à Boersa, loco mercatoribus maximè frequentato, ut comitia ipsorum ibi agitari credas: ut significet eum, qui ad locum, ad communionem, ad jus istud idoneus ac propterea admittendus reputetur. Unde autem huic loco nomen, Marquartus ille, insigni de Mercatura tractatu emissô inter eruditos nobilitatus, Ordinis Senatorii deque Patritiorum apud Lubecanos, libera Imperii civitate, genere *Lib. 2. cap. VI. n. 48. seqq.* habet. Sed isthæc tanquam ἐν παρόδῳ.

ANNOTATIO.

* *Boersa.* Hunc locum alii Cambium, veluti Lugdunenses in Gallia; Alii 20
Bursam publicam, uti Londinenses, Amstelodamenses, Hamburgenses, Hafnienses & Antwerpienses appellant. Unde vero vox *Bursæ* derivetur, ita disserit Marquardt. de *Jure Mercat. Lib. II. cap. 6. n. 48.* ibi: Est Brugis Flandrorum platea quædam seu forum, omnibus urbis partibus valde accommodum, & in ejus fronte ampla quædam & vetus domus structa ab nobili illa familia Bursiorum von der Beurse, quorum in lapide secto præfert insignia, tres videlicet bursas sive marsupia; atque ab hac domo & gentilitiis hujus gentis insigniis, ut in talibus amat fieri, nomen accepit id ipsum forum, quod quia delegerant mercatores Brugenses ad celebrandos mercatorios suos conventus, iidem Antwerpiam, Bergozomiumve profecti ad mercatum, locis seu foris, in quibus ad negotiandum congregabantur ad similitudinem & imaginem fori illius Brugensis indiderunt Bursas vocabulum; quod ipsum adeo approbavit Antwerpia, ut etiam Galli, licet alio quodam sensu, Tholosam usque id secum abduxerint; Angli itidem auctore & fundatore Domino Thoma Grassano, ad exemplar Bursæ Antwerpiensis, ædificarunt consimilem quandam machinam.

THES. IV.

Societas equidem naturâ suâ Communionem importat; quæ, cùm 21
Socium inter & Magistrum intercedat, vel etiam admittatur nulla, Incongruum nomen putaveris. Sed neque tamen ipsa hæc in præsenti omninò deficit omnis; cùm si non lucri, certè laboris & operarum æqualitas intendatur. Germanica vox Gesellen / in ipsa Germania, non eodem ubivis usurpatur modô atque sensu. Vel enim generali quadam & 22

abso-

absolutâ dicendi ratione, solitudini opponitur, ac nudam denotat socialitatem, à qua Homo etiam animal sociale dicitur; unde à communione disciplinæ & relaxationis, dicuntur Schuel- & Spiel-Gesellen / & in militia Spieß-Gesellen / commilitones, contubernales, tanquam alter alte-
23 rius hastâ, ut suâ, uti valeat: Item specialius paulò ex eo dicuntur, quod Juvenes sint, Jung-Gesellen; aut, si ulla tunc relatio subest, ad puellas, ad matrimonium tendit, dum sociari cum viragine gestiunt. Unde in Saxonia inferiori per quandam aphæresin Gsellen / dictione ad naturam rei substratæ propius accedente, vocari audias, potentionaliter & à voto seu desiderio Juvenum, sociandi cum dilecta; quod desiderium conju-
24 gati expleverant. Vel *relativâ*, scil. ad Promotores suos ac Patronos, qui eos in consortium adsumunt, non lucri videl. sed laborum causâ, (quippe quibus operas suas vel pro annuo locant salario, prout inter Mercatores, Kauff- und Krahm-Gesellen; vel hebdomatario, uff Woche-Lohn / aut in singulas denique res elaboratas, Stückweiß / unde Stück-Meister: uti Opifices fermè servant, & quæ sunt ultra conventam mercedem, Magistro relinquunt:) german. Handwergs-Gesellen: & Hand-
25 wergs-Pursch: Quanquam hoc intercedere discrimen penè dixerim, quòd posterius hoc Statum, atque totam eorum Universitatem absolutè denotet, qui aliis ministrant, quô sensu & militibus tribui, *sup. n. 22.* dictum fuit: Prius autem, relationem ad suos hospites seu promotores: planè, uti Libertinorum ac Libertorum nomina *l. f. ff. si ingen. esse dic.* distant. Laur. Valla *Lib. 4. elegant. cap. 1.* Notanter autem dixisse volumus PRO-
26 MOTORES, Patronos: Non enim ipsimet modò socii, inter Mercatores præprimis, hospites ac Dominos suos ita vocant, mein Patron: verùm Actus insuper ipse, qui utrumque intercedit & connectit, Promotionis nomine venit, dum Gesellen fördern / est: eosdem recipere, in consortium adhibere, laboris sc. & convictus; verbô, quin & ipso factô promovere, annehmen / halten / brauchen / cujus contrà operâ uti nolunt, dum forsan irregularem reputant, deseruisse ac destituisse, haben Ihn sitzen
27 lassen / ab opposito dicuntur. Intercedit nempè vinculum & contractus qui obliget mutuò, cujusve intuitu mutua existit relatio, tanquàm inter Principalem & adscitum seu Adjuvam, Promotorem & alumnum. Possent igitur aliis nominibus Adjuvæ, Subadjuvæ, &c. dici; sicut passim Optiones dicturi sumus, quod optione quadam utantur Magistri &
28 delectu *v. n. 94. seq.* Commodius tamen præ reliquis BOETHORUM vocabulum visum est; quippe quod generaliori significatu omne auxilium,

lium, ſuppetias, ſubſidium atque remedium importat. Græcum enim
βοηθὸς genere communi, Fautor, Adjutor, Autor, Auxiliaris, Socius,
Auxiliator & Auxiliatrix eſt: atque invenitur illud etiam in libris Juris,
eo ſenſu uſurpatum, ſcilic. in *l. f. C. de Tabular. ſcrib. & logogr. Lib. X.* Ad 29
quem Tit. Alciatus *n. 2.* ait: Boëthi dicuntur ab Imperatore Adjutores
Scribarum, (dixeris germ. Bey-Schreiber/ Copiſten:) quos alii Subad-
juvas, alii Adjutores appellant, ut in *l. unicuique 7. C. de Prox. Sacr. Scrin.*
Βοηθέω enim idem valet quod Adjuvo. Inde Severinus Boëthius dictus, 30
quem alii falsâ voce Boëtium vocant; quorum errorem confutat anti-
quum marmor, quod adhuc Derthonæ extat, in D. Martiani Cœnobio,
ubi tumulus eſt, quem antiqua inſcriptio Boëthio & Butharico Coſſ. fa-
ctum oſtendit. Meminit inſuper Plutarchus *de Placit. Lib. 3. cap. 2.* Philoſo-
phi cujusdam hujus nominis; Cujus, nî fallor, *liber* eſt *de Conſolatione Phi-
loſophiæ.*

ANNOTATIO.

* *Intercedat.* Ex hac inter ſocios & magiſtrum communione eſt, quod utri- 31
que ſub eadem Ordinationis Collegialis regula contineantur, eademque Sta-
tuta obſervare debeant. Prout notat Clauſula der Chur-Sächſiſchen Weiß-
gerber-Ordnung de anno 1661. *Artic. XLIV.* ibi: Endlichen und zum
Beſchluß ſo auch einer oder der andere unter obvorgedachten Meiſtern und
Geſellen, welche in dieſen Churfürſtenthum Sachſen und Landen angeſeſ-
ſen, wieder dieſe Articul (wie ſolche Nahmen haben) und darauff erfolgte
Churfürſtliche Confirmation, handeln und ſich wiederſetzig erzeigen würde,
und die Meiſter oder die Geſellen ſolches klagbar machen würden, an welchen
Orth und Stadt es auch ſey, ſoll daſſelbige, nach Befindung der Verbrechun-
gen und Beſchaffenheit der Sachen, auch vorhergehenden Erkänntniß, ze-
hen, zwantzig, auch wohl viertzig, ja gar funfftzig Gülden Straffe zu geben
ſchuldig seyn; davon zehen Gülden dem gantzen Handwerck, das übrige aber
Churfürſtlicher Durchlauchtigkeit zukommen ſoll.

THES. V.

Deſcendamus inde ad nomina ſpecialiora; quibus certa utuntur 32
Collegia, & Primò quidem ad verbum Knechte/ Servorum, quô ſocios
ſuos indigitant (1.) Fabri ferrarii, qui opera fingunt craſſiora, german.
Grob-und Huff-Schmiede: in oppoſitionem Serrariorum, der Schlöſſer/
qui alicubi audiunt Klein-Schmiede/ ab operis ſubtilioribus, qui ab Au-
tore quodam ſuo, Fromberger nominari geſtiunt; quorum adjuvæ Socii,
Schlöſſer-Geſellen/ ſed alteri illi, Schmiede-Knechte dicuntur. Idem 33

 ſerva-

servatur (2.) apud Pistores, quibus frequentius longè est Servi quàm Socii nomen, nec quenquam pudet esse aut fuisse Becken-Knecht. (3.) Lanii quoque ministros suos Servos appellant Fleischer-Knechte / forsan, quòd non opificio soli, sed toti rei domesticæ tanquàm atrienses, Hauß-Knechte eos adhibeant, müssen alles in der Haußhaltung mit thun / Heu machen / Einführen / &c. nim. quia aliàs satis sunt ociosi. Sie haben doch sonst gnug müßig zu gehen uff dem Handwerge. (4.) Sutores, quos alunt, itid. Servos dicunt Schue-Knechte / sed ab aliis voce honoratiori dicuntur Schuemachers-Gesellen. Alicubi etiam (5.) Balneatores eo nomine hodienum contenti vivunt, nec indignantur ob prædicatum Bader-Knechte: sed alibi convicium sibi dici autumant, ac Sociorum honorificum magê nomen prætendunt, in eoque Chirurgis exæquari gestiunt. Hinc,
34 quando ante aliquot annos in quadam civitate Chirurgos inter atque Balneatores, super certis capitibus lis vertebatur, & priorum Advocatus solitô, atque in sua forsan patria familiari *servorum* nomine, in positionibus usus fuerat, puncti hôc nomine posteriores, idem in illos retorquebant, Balbier-Knechte dicentes, ad reprimendam nominis indignitatem: quô jure quidem, hujus non est instituti, definire: Verba ex usu valent, sicut nummi. Scribæ nomen superioribus seculis etiam iis, qui supremis præerant cancellis, tribuebatur, & bonâ illorum pace: sed, nisi hodie Scribarum infimo Secretarii titulum tribuas, inultum haud feres.
35 Age igitur, in vim ac naturam vocis aliquantisper inquiramus. *Servi* à servando an à serviendo dicti fuerint, jam non disputamus, postquam nec rem eandem habemus, nec conseq. eundem vocis usum: si tamen, qui Magistro inserviunt, & ab eo vicissim sustentantur, Servos dicunt, quid quæso peccant? an, quòd verè servi non sint; conseq. neque hôc nomine mactandi vel excruciandi? Enim verò, re subductâ, id nominis superstes, per analogiam saltem tribuitur rebus cognatis, quæ nomen
36 commodius invenire non possunt. Germanicum vocab. Knecht ab inclinatione geneigt per quandam sincopen, & Germanico idiomati propriam vocabulorum contracturam, flexum esse videtur, unde quoque tot in ea lingua inveneris monosyllaba; præprimis autem nomina verbalia: sic Bruch Fractura, Bräck defectus, Saxonibus, quasi gebräch: Brüch / mulcta: omnia à frangendo, dyssyllabo germanico Brächen de-
37 rivantur. It. Gleich simile, à ponendo & collocando, geleg / qui terminus Messoribus peculiaris, ordines, seu lineas & series manipulorum de stipula separatorum significat, derivatum mihi videtur; quoniam non

recitu-

rectitudinem modò linearum, ſed & commenſurationem juxtim ponendorum obſervant. Quoniam igitur & ſervus, incurvatis humeris tam 38
Reverentiam Domino, quâm obſequium, & oneris, quod tergo imponendum, recipiendi promptitudinem oſtendit & exhibet, quid eſt, quod nominis pudeat, qui à re ipſa minimè alienus eſt; at verô id facit & ex convento facere oportet, hunc qui mercenarias alteri locavit operas, ab eo alimenta & mercedem percipit, in arte perficitur atque eo ipſo promovetur. Exaudienda tamen ea volumus ſub duplici *declaratione:* 39
(1.) Si id *moris ſit in ea civitate;* meritò enim quisque ſe conformat ad ea, quæ uſitata ſunt ibi, ubi eſſe cupit, ne videatur illos contemnere; & quia uſus ita fert, nec quisquam eſt qui credat, aliter eſſe oportere, utique probroſum id minimè reputabunt, neque enim ex contemtu aut animo injuriandi ſic faciunt. Ac licet alibi ſic haud ſervetur, tamen jam alibi te eſſe haud contingit: quare,

Si fueris Romæ, Romanô vivito more:
Si fueris alibi, vivito ſicut ibi.

(2.) Si *non fiat animô obtrectandi*, calumniandi, irritandi ſeu pungendi; 40
nam tunc non tenebris hoc pati, quantumvis ita vocari communiter conſueveris; quia apud illos injuria ceſſat; hunc autem veritas convitii à dolo non excuſat: delicta autem ab affectu & animo diſtinguuntur.

ANNOTATIONES.

* **Knechte.** Hæc appellatio frequentius ab uſu domeſtico deſcendit, cui 41
quandoque adhibentur boëthi. Verum hic Quær. An boëthi quos ad operas domeſticas ablegarunt magiſtri contineatur ſub numero numerati Collegii, ubi certus boethorum numerus eſt definitus? Sartores Delitiani *Art. IX.* affirmant: Und ſoll derjenige, welcher von den Meiſter in eines Bürgers oder ander Hauß zu arbeiten verſchicket wird, nicht ausgeſchloſſen, ſondern in dieſer Zahl mit begriffen ſeyn.

* **Becken-Knechte.** Appellantur etiam ſimpliciter Knechte. Uti extat in 42
der Chur-Pfältziſchen Landes-Ordnung im Fürſtenthum Ober-Beyern de anno 1599. *Tit. XXVII. num. 2.* ibi: Und ſollen die Hauß-Becker ſamt ihren Knechten mit Gelübden und Eyden verbunden ſeyn, einem jeden Eingeſeſſenen, wer der auch ſey, das ſeinige, ſo ihm zu backen untergeben, den Teig Abends und Morgens in Hauſe zu machen, fürter an guten wohlgebackenen Brodt wieder zu geben, und ungeſchmälert zu erſtatten. Doch ſoll einem jeden zugelaſſen und erlaubt ſeyn, in Backhauß bey ſeinem Teige zu bleiben, biß der ausgewürckt, zu Brodt gemacht, und in Offen geſchoſſen iſt.

43 * **Fleischer-Knechte.** Licet vero lanii suos boëthos simul soleant in ministerio domestico habere, sunt tamen reapse à famulis strictè dictis distincti. Unde Macelliones Garköche, licet famulos ad suum ministerium habere possint, tamen boëthos Lanionum facere nequeunt, nisi speciatim Jura Tribus redemerint. Uti testantur Acta coram Magistratu & Regimine Hallensi, in utraque instantia ventilata. In Sachen der Meister und Gewercken der Fleischer-Innung allhier, Kläger an einen, entgegen und wider die Garköche, Matthes Hochstetern und Martin Sturmen, Beklagte andern Theils J. M. H. Fürstl. S. nach fleißiger Durchsehung der hin und wieder einkommenden Schrifften, diesen Bescheid, daß beklagte Garköche, wenn sie Fleischer-Knechte halten, und Kälber, Schaafe und Rindvieh einhetzen wollen, jener die Fleischer-Innung erhalten, dieser aber dieselbe zu erlangen schuldig, in Verbleibung aber dessen, sollen sie sich oder ernanntes Vieh, ausser Schweinen, Gänsen, Hünern auff den Lande zu hohlen und einzuhetzen, sich enthalten, bey Verlust des Viehes, und der Gerichten willkührlicher Straffe. Uhrkundlich mit dem Gerichts-Siegel bedrückt. Signat. Halle den 14. Jun. 1652. Quæ deinde sententia in appellationis instantia ita fuit declarata: In Appellation-Sachen der Garköche, Appellanten an einen, die Fleischer-Innung Appellaten andern Theils betreffende, geben die Fürstl. Magdeburgischen Cantzler und Räthe diesen Bescheid; da aus den Acten und ietzigen Vorbringen so viel zu befinden, daß wohl appelliret, und dahero die Garköche in possessione vel quasi des Einkauffens so lange zu schützen, biß appellaten in ordinario possessorio seu petitorio ein anders ausgeführet; Jedoch wird denen Garköchen Knechte zu födern nicht gestattet, auch roh Fleisch zu verkauffen, bey willkührlicher Straffe verbothen. Uhrkundlich mit dem Fürstl. Magdeburgischen Regierungs-Secret bedruckt. Signatum Halle den 27. Octobr. 1652. Ulterius per Leuterationem eadem sequenti modo fuit determinata: Auff eingewandte Leuterung und mündliches Vorbringen in Sachen der Fleischer-Innung allhier, Leuteranten an einen, und denen Garköchen Leuteraten andern Theils, geben die Fürstlichen Magdeburgischen verordnete Cantzler und Räthe diesen Bescheid, daß es eingewandter Leuterung ungeachtet, bey dem am 27. Octobr. anno 1651. ertheilten Bescheide zu lassen, iedoch mit dieser Erklährung, daß die Garköche das Einhetzen der Kälber, Schaafe und Rindviehes sich gäntzlich zu enthalten schuldig seyn. Ingleichen wird ihnen auch verstattet, Koch-Jungen und Gesinde zur Garküchen zu gebrauchen, nicht aber Fleischer-Knechte dazu zu halten, oder zu fördern, ꝛc. Signat. Halle den 8. Mart. 1667.

*Bruch

* **Bruch** *multa*. Hæc ipsa appellatio mulctæ in causis quoque Opificum etiam circa delicta à sociis commissa frequenter obtinet, prout declarant Acta Brunsuicensia Mense Augusto anno 1612. in causis Ephippiariorum der Sattler circa injurias quasdam & incivilitates factas in sequentibus formalibus: Quæ cum ad illustrationem juris boethici varia contineant, non pigebit adscribere. Weil vor den sämmtlichen Unsers ehrlichen Handwercks Gesellen unser Mit-Meister Georg Beermann seinen Sohn Gottschalt wollen loßgeben, mit Bitte, daß die Gesellen seinen Sohn auff und annehmen, dargegen er ihnen die Gebühr willig entrichten wolte. Darwieder aber Henning und Henrich Wolcke sich gesetzt, sagende: sie wolten von Gottschalt Beermannen, den Lehr-Braten nicht annehmen, denn sie hielten Vater und Sohn vor keine ehrliche Sattler, und welche ehrliche Gesellen den Lehr-Braten von ihm annehmen würden, die hielten sie nicht besser als die beyden Beermänner; Dahero wir denen Wolcken, vermöge der Handwercks-Ordnung Tit. 7. hiermit aufferlegen, vor jeden Gesellen, deren 7. an der Zahl einen halben Gülden, und vor einen Meister einen halben Gülden, und also in Summa 4. Gülden zu geben zur Straffe. Cum vero in mulctam condemnati se eam præstare velle promisissent, postea tamen renuerent, atque citati coram Collegio comparere nollent; Collegii vero titulo 17. statutum: Wen̄ ein Gesell gestrafft wird, soll er das Straf-Geld auf die nechste Schencke, id est, quando liberalitatem suam solennem erga advenas exercent in die Lade zu legen schuldig seyn, oder ihm soll die Arbeit nieder gelegt werden. Collegium deinceps sic decrevit: Weil Hanß Wolcke seine schuldige Straffe nicht zu gehöriger Zeit erleget, als wollen wir, nach Gewohnheit, und wie es im gantzen Heil. Römischen Reich üblich, und nach Inhalt des 17. Articuls in seinem Hause keine Arbeit mehr wissen, biß er solche Straffe sambt denen Unkosten völlig erleget. Cum deinde magistri pœnam & expensas per magistratus implorationem postulassent, die 1. Aug. sequens transactio secuta est: Demnach die Sache auff der Meister, insonderheit über H. Wolcken, gethane Klage an die Bruch-Herren / id est, præpositos imponendis & exigendis mulctis, gerathen; von denen aber ferner per viam appellationis durch ihn H. Wolcken an das Ober-Gericht allhie gebracht worden, ist solche heut dato, durch die von E. E. Hoch- und Wohlw. gemeinen Rath verordneten grosse Handels-Herren, als nemlich Herr D. J. R. Ober-Syndicum, Hr. Z B. und Hr. G. F. beyde Bürgermeister, und F. H. Secretarium auff vielfältige unterschiedliche mühselige Verhandlung endlich verglichen, vertragen und in Grund geschlichtet worden, also und dergestalt: Es sind die streitige Puncte

 alle

alle mit einander unter ein Tach gesperret, und ist mit denen sämmtl. ehrlichen Meistern, dahin gehandelt worden, daß sie einhellig gewilliget und zugesaget, wenn sie, die Gebrüdere, die Wolcken, insgesamt dem Handwercke eins vor alles 5. Th. geben, neben einen halben Scheffel Rocken, so sie ohne das, vermöge der Ordnung noch schuldig wären, daß sie alsdann mit ihnen wolten friedlich seyn, sie mit Gesellen, und sonsten Handwercks-Gewohnheit nach, ihres besten Vermögens fördern und ehren; Es solte auch nicht weniger, Ehwalt, Hanß und Clauß Wolcke, wegen des Wiederschcltens ein jeder vor sich dem Handwercke einen halben Thaler erlegen. Welches die Wolcken auch acceptiret, und wollen auff künfftige Weynachten berührte 5. Thaler dem Handwercke, wie auch 2. Gülden der Bruch-Cammer ohnfehlbar erlegen, oder es alsdenn gedoppelt geben, den halben Scheffel Rocken auch morgen in Tage, ohne Verzug dem Handwerck einantworten. Und ist also damit zwischen allen Theilen, aller Streit, Groll und Wiederwillen, so vor diesen zwischen ihnen gewesen, gäntzlich und in Grunde getilget. Auch die Injurien, Schmäh- und Schelt-Worte, von denen bemeldten grossen Handels-Herren gegen einander compensiret, auffgehaben und verglichen worden, daß dieselbe ins künfftige keinem Theile, an seinen Ehren schäd- oder nachtheilig seyn, auch von ihrer keinen dem andern unfreundlich vorgerücket, und in Unguten gedacht werden, sondern alles ewig vergessen, todt und verscharret bleiben, einer dem andern hiernechst allen freundlichen Willen, Gunst und Förderung thün und beweisen solle und wolle, wie ein jeder ihm selbst gethan haben wolle. Und damit E. E. Hoch- und Wohlw. Rath inskünfftige des vielfältigen An- und Uberlauffens von diesen Handwercke geübriget bleiben möge, ist von Anfangs von bemeldten Handels-Herren es dahin verabschiedet, auch von denen sämmtlichen Meistern des Sattler-Handwercks mit Danck acceptiret und bewilliget worden: daß so sich nach diesen, über Zuversicht zutragen würde, daß die Meistere die Ordnung überschritten, und derselben zuwieder einander etwas zu viel thäten, und E. E. Rath, daß solches geschehen, erkennen könte; So soll alsdann ein jeder Meister, so darbey an und über gewesen, oder darein consentiret, mit einen Vorsatz als 21. Gülden, so offt es geschehe, gestrafft werden; dürffte auch einander ihres Mittels, welchen sie zu straffen vermeinten, unnöthiger Weise und zur Ungebühr E. E. Rath überlauffen, und ohne Ursach klagen, und solches auch in Rathe könte gefunden werden, solle derselbe gleichfalls solchen Muthwillen jedesmahl mit einen Vorsatz büssen. Es solle auch keiner berechtiget seyn, einem andern, ohne des Raths Erkänntniß, seine Werckstatt und Nahrung zu legen, 2c. Soluta itaque mulcta

5. tha-

5. thalerorum, non tamen 12. grosſis, per H. W. nihilominus Collegium noluit ipſi boëthos concedere, neque tyronem ejus ex annis diſciplinæ ſolenniter dimittere, quo facto, tyro Curt Barcher Menſe Jun. 1616. magiſtratum accedit, narrando, er habe das Sattler-Handwerck bey H. Wolcken erlernet, und ſeine Lehr-Jahre ausgeſtanden, begehre einen Lehr-Brieff, weil aber H. W. mit denen andern Meiſtern deſſelben Handwercks in Streit wäre, und ſich nicht ſtraffen laſſen wolte, dahero er C. B. nicht könte loß gelaſſen werden, bäthe er ſeinen Meiſter H. W. dahin anzuhalten, daß er die Brüche dem Handwerck erlege. Verum H. W. negat ſe peccaſſe, die Meiſter hätten ihm 2. gantzer Jahr ohne Urſache, und wider des Heil. Römiſchen Reich-Abſchiede 1530. und die Policey-Ordnung Tit. 31. §. 1. (allda die Legung des Handwercks ohne Vorwiſſen der Obrigkeit, der Meiſter und Geſellen, der geſchenckten und nicht geſchenckten Handwercken verbothen) wegen eines halben Thalers das Handwerck geleget, bäthe den Meiſtern aufffzuerlegen, den Jungen auffzunehmen und paſsiren zu laſſen. Atqui die ehrlichen Meiſter der Sattler reſpondent, ſie könten den Jungen nicht auffnehmen, ehe Wolcke ſich mit ihnen abfünde. Ad hæc Senatus die 14. Jun. ita decrevit: In Sachen der ehrlichen Meiſter des Sattler-Handwercks eines, wieder H. W. andern Theils, geben Bürgermeiſter und gemeiner Rath, dem Fürbringen nach, dieſen Beſcheid, daß auff formlich Anruffen, das Handwerck auff den N. ihre rechtliche Nothdurfft bey Straffe Ungehorſams einzubringen ſchuldig. Immittelſt werde H. W. bey dem am 1. Aug. 1613. auffgerichteten Vertrage, billig geſchützet V. R. W. In præfixo termino Collegium cauſam proponit, additque, es hätte H. W. Werckſtatt mit Geſellen und Jungen nicht befördert werden können, denn ſonſten die Geſellen alle von ihnen abgezogen wären, vorgebend, daß ſie die Handwercks-Gewohnheit in dieſer Stadt lieſſen untergehen. Reſpondente poſtea H. W. hæc ſententia den 23. Octobr. lata fuit. Daß Kläger ihre Beweiß-Articul und was demſelben anhängig innerhalb 4. Wochen ſub poena præcluſionis einzubringen ſchuldig. Darneben wird ihnen hiemit ernſtlich aufferleget, daß ſie nach Inhalt ſonderbahren Anno 1613. den 1. Aug. getroffenen Vertrags beklagten Wolcken die Werckſtatt nicht legen, ſondern bey Straffe, ſo dem Vertrag einverleibet, mit Geſellen befödern ſollen, biß ein anders zu Recht ausgeführet und erkannt werde, V. R. W. Collegio autem probationem non præſentante, porro ita judicatum fuit den 27. Febr. 1618. daß ſich Klägere an ihren Beweiß nunmehro verſäumet, und damit ferner nicht zu hören, ſondern Beklagter von der angeſtellten Klage, und was der anhängig, gäntzlich zu abſolviren;

Geſtal-

Gestalt er auch hiemit davon absolviret und entbunden, die Gerichts-Kosten aber beyderseits aus erheblichen Ursachen compensirt und verglichen werden. Fürter, weilen auch die Klägere vorigen Bescheiden, auffgerichteten Verträgen, und denen Rechten zuwieder, Beklagten auff den Handwerck nicht gefödert, sondern vielmehr gehindert, als werden sie, zu Erlegung der verwürckten Straffe des Vorsatzes, jeder vor sich, auf die Bruch-Stube (i.e. locum ubi imponuntur & solvuntur mulctæ) verwiesen, mit dem Anhang, woferne sie hinfüro den Beklagten auf den Handwerck mit Gesellen und sonsten nicht födern werden, daß alsdann berührte Straffe jedesmahl erwiedert, und nach Befinden, ferner ernstes Einsehen erfolgen solle, V.R.W. Collegium tamen hanc sententiam leuteravit, prædendens. (1.) Die Gesellen, und nicht sie, Klägere, hätten dem Beklagten das Handwerck geleget, und hätten die Gesellen in deme sich gerichtet, nach Handwercks-Gewohnheit, so im Heiligen Römischen Reich, durch gantz Teutschland in Schwange und Gebrauch sey; E. sententia ex falsa causa esset lata. (2.) Klägere hätten mit Erkennung der Straffe gebührlich, und nach Inhalt ihrer Handwercks-Ordnung Tit. 7. verfahren, (3.) wenn es bey dem Urtheil undeclarirt bliebe, mögten sie von denen Gesellen vor meineidig geachtet werden, und dieselben wegziehen, kämen also Klägere in extremum periculum honoris & fortunarum, da doch nicht Klägere, sondern die Gesellen dem Wolcken das Handwerck geleget, indem sie ihm keine frembde Gesellen gebracht, welche ihm arbeiten solten; Bäthen also sie, als allerdings unschuldig, von der angedroheten Straffe zu entbinden. Sed cum hæc exceptio esset contra propriam ipsorum confessionem in Actis factam, Collegium JCtorum Jenensium Mense Sept. 1618. ita pronunciavit: daß es eingewandter Leuterung ungeachtet, bey den am 27. Febr. dieses 1618ten Jahres publicirten Urtheil billig bleibe; Jedoch mit dieser Erklährung, daß solches beyden Theilen unauffrücklich und unverleymundlich seyn soll, V.R.W.

THES. VI.

45 Quidam deinde Opifices Sociis suis tribuunt nomen **Knappen** / quales sunt (1.) Pannifices, **die Tuchmacher** / Inde **Tuch-Knappen**: His simile (2.) agunt Molitores, qui *adjutores suos* dicunt **Mühl-Knappen**: Utrum Molitores Opificibus accensendi? quæstio ad alium locum pertinet; satis interim est, dari apud eosdem Principales & Alumnos, Illos Magistros, hosce Boëthos dici, gaudere jure collegii, & cœterorum collegiorum
46 opificialium capaces esse. Unde autem id nominis, ac quale in se sit, non nisi ex conjectura dicere queo, dictos esse tanquam Juvenes, **Knaben** / pro-

pronunciatione duriuſcula, ſicut alias literæ unius inſtrumenti facile in-
ter ſe permutantur, ut Javolenus & Jabolenus. Eſſe autem hoc non
ſolum ætatis, verum & miniſterii nomen, vel ex *2. Sam. II, 14.* conſtat, ubi
dixit Abner ad Joab: Surgant pueri, & ludant coram nobis! & ſequitur
ibid. v. 17. Fugatusque eſt Abner & viri Iſraël à pueris David: forſan enim
per contemtum, milites Davidicos *pueros* dixerunt, quia cæteri dicuntur
Viri Iſrael: & tamen viris pueri evaſerunt ſuperiores. Literarum autem 47
transfiguratio vel conſulto poteſt & data opera facta eſſe, ſeu propter in-
duſtriam innuendam, ſeu ætatem. Priori rationi favere videtur græ-
cum illud *κναφεύς*, Fullo, ein Tuchknapp / ubi pro antiquorum litera *κ* re-
centioribus Atticis eſt litera *γ* unde Latinorum Gnavus, Aſſiduus, in-
duſtrius, diligens. Poſteriori autem, poſtquam in illo Pannariorum o-
pificio non meri adoleſcentes Juvenesque ſerviunt, ſed multi in ſtatu
ſociali conſeneſcunt, uxoribus ductis, procreatisque liberis; quo caſu
incongruum foret, Pueros aut Juvenes dicere in collegio, qui domi Pa-
trum Avorumque ſtatum haberent; quare immutata paullum vox, ut ſo-
num edendo diverſum, ſenſum quoque quodammodo inferat alienum.
Vel caſu etiam, ex affinitate vocis knapp fluxiſſe, quod Germanis ſtrictum 48
atque conciſum ſignificat, ac fermè Juventutis proprium eſt, conciſo ſtri-
ctoque veſtitu uti, ſich knapp halten / unde Adoleſcentem comptum atque
mundum, dicunt einen knappen Jungen Geſellen / cujus veſtimenta ſtricta
ſunt ad menſuram corporis, daß ihm alles ſo knapp anläge / als obs ihm
angegoſſen wäre: quaſi tunica Joab quoque indutus dicitur *2. Sam. XX, 8.*
unde proverb. Malo fortunam conciſam quam prolixam. Iſtud *Tertiò* in 49
vim colophonis addimus, Miniſtros Mercatorum quibusdam locis, antiqui
rigoris germanici tenacioribus, haut multò honorificentius tractari quam
ullius Opificis adjuvas, dum hiſce auribus meis alicubi Socios atque Ser-
vos nominari audivi, Koop-Geſellen / alibi verò etiam Krahm-Knechte:
ſed alibi Miniſtrorum nomine veniunt, Handlungs-Krahm- und Laden-
Diener / quô tantò magis poterunt eſſe contenti, ex quo vel Regiarum
aularum ſupremi miniſtri dicuntur Miniſtriſſimi; non longè alieno ſenſu
à ſervitio Papæ Romani, qui Servum ſervorum ſe dicit.

ANNOTATIO.

* *Dicit.* Cæterum hic addendum; Quod Magiſter ſuæ tantum artis boëthos 50
non alius alere poſſit, ne ſcilicet alias alienæ artis arcana expiſcetur, &
inde turbatores naſcantur. Prout decidit Decretum Senatus Jenenſis de da-
to 10. Aug. 1691. ibi: Wellen Meiſter Chriſtian Schultze nicht in Ab-

rede seyn können, sondern gestehen müssen, daß er verwichenen Freytag einen Schmiede-Knecht in seine Werckstatt und Arbeit genommen, solches aber wieder Handwercks-Gewohnheit laufft. So ist er dieserwegen mit 2. Thl. Straffe nebst Erstattung der Unkosten zu belegen, auch den an seiner Werckstatt habenden Schmiede-Knecht also fort zu beurlauben und wegzuschaffen schuldig. Er könte und wolte denn binnen 14. Tagen gebührend bescheinigen und beybringen, daß dergleichen Schmiede-Knecht beym Schlösser-Handwerck zu fördern und in Arbeit zu nehmen berechtiget. Auf solchen Fall er denn mit der dictirten Straffe zu verschonen.

CAPUT II.

Differentia Sociorum invicem, & à Tyronibus.

Conspectus.

Differentia sociorum quoad gradum & speciem annotatur n. 51. & seqq.
Nomen socii varie sumitur n. 52. & seqq.
Factitius sub nomine generali sociorum continetur n. 53. & seqq.
Veteranorum sociorum prærogativa præ cæteris n. 63. in vossitatione n. 64. ac reliquis juribus n. 65. & seqq.
Veteranorum prærogativæ in Conventibus n. 70. & seqq.
Conventus sociorum duplices n. 76.
Socii juniores sive Jünger *explicantur n. 77. & seqq.*
Socius supernumerarius potest concedi à Principe n. 85.
Incommoda Veteranismi n. 86. & seqq.
Socii Mediastini & illorum Status describuntur n. 92.
Socii pixidarii & septimanarii n. 98.
Extraneus aliquando mercenarium opifici alere debet n. 99.
Tyro salariatus n. 100.
Jus Viduæ operandi per socium declaratur n. 101.
Socii imaginarii n. 102. & seqq.
Socius annalis ein Jahr-Geselle *quis n. 113.*
Anni opificiarii non computantur ad annum probationis n. 114.
Optio sollicitatorius & ejus merces n. 115.
Gesellen-Braten *ex Attestato opificiario declaratur n. 116.*

Status ſociorum generatim explicatur n. 117. & ſeqq.
Forum boëthorum ex Statutis Bavaricis illuſtratur n. 128.
Similitudo ſociorum & magiſtrorum n. 125. & ſeqq.
Collegium ſociorum, Arca, Conventus & reliqua adducuntur n. 131. & ſeqq.
An ſocii extranei ſe Legibus Collegiorum ſubjicere debeant n. 135.

THES. I.

COetera quæ de Nominibus, *occaſione num. 10. ſup.* dici poſſunt, ad dif- § 1
ferentiam rectius pertinere, ibique commodius tractari poſſe videntur. Differunt autem modò *Gradu*, modò *Specie*. Quod enim alii Socii, alii Juniores, Mediaſtini ac denique Mercenarii dicuntur, non pertinet ad ſpecies unius generis eos propriè faciendos, quia ſoli primi verè tales, coeteri omnes non ſunt, ſed aliquid infra illos. Tenendum igitur, § 2
Socii nomen ex numero illorum eſſe, quæ *ab uno ad unum* dicuntur, ſeu, tale genus, quod ſpeciebus ſub ſe comprehenſis eſſentiam ſuam æqualiter haud communicat, ſed uni magis ſe infundit, alteri minus. Sumi- § 3
turque adeo tum latè ac *materialiter*, in ſenſu neutrali ſeu *abſolute*, pro omni eo, qui transactis diſciplinaribus annis à Magiſtro dimiſſus, ſtatum puerorum reverâ exceſſit, atque tum Magiſtri, tum cæterorum hominum omnium intuitu liber, ac Socio ſimillimus eſt, ac talis etiam in quibusdam opificiis, ubi rigor iſte non attenditur, à conſociis reputatur; ſed in coeteris opificiis, ubi viget Veteraniſmus, ut ita loquar, ſolum intuitu coeterorum ſociorum, ab his ipſis inferiore locô æſtimatur, atque ſecus in quibusdam caſibus tractatur. Tum *formaliter* & *poſitivè*, pro eo, qui § 4
certis intervenientibus ceremoniis talis eſt conſtitutus, adeoque ſolus præ reliquis per hoc adeptus eſt ſtatum; diciturque SOCIUS FACTITIUS, ita reddo germanicum illud *Statut. Soc. Serar. art. 20.* Ein gemachter Geſell/ quaſi dicant: Rite ac ſolenniter promotum. Unde patet differen- § 5
tia, quod hic ſolus nomen SOCII verè ac propriè ferat, coeteri per quandam analogiam, latè ac materialiter: quod item ſolus ille unius generis atque conditionis ſit: Coeteri variant, juxta gradus, quibus tum à coeteris ſociis veteranis, tum à Magiſtris ipſis, illorum exemplum ſecutis, æſtimantur. Nam licet ad Magiſtros, ex quo miſerunt eos, nihil amplius § 6
attineat ſtatùs illorum, ſed in quibusdam Collegiis uniformiter tractent, aut differentiam ab arte, non à ſtatu vel ætate faciant; alibi tamen Veteranis plus indulgent, non eos ſolum ſibi relinquunt, ſed & judicium ſuper ſtatu graduque Juniorum, ſe illis conformant, ac honeſtius lautiusque veteranos quàm juniores, recens miſſos, & à ferula quaſi calen-

 tes

57 tes tractant. Planè, apud Sartores aliqua inter Missos servatur differentia, quâ novitios primô nomine insigniunt Pueros mercenarios, Lohn-Jungen: post deinde Sartores juniores, Junge Schneider; ac tum denique Socios, Gesellen.

58 Sed ea omnia (1.) neque à judicio pendent Veteranorum, quorum regulis Magistri se alligari minimè patiuntur, ac vel soli in manu sua, jus ac statum sociorum distinguendi, arbitrium retinuisse videntur; cum cœterorum opificiorum Magistri per manumissionem se una omni in mis-
59 sorum personas ac statum arbitrio exuant. Neque (2.) à solenni quadam declaratione aut Socii dictione, zum Gesellen sprechen / Id enim ad Veteranos pertinere videretur; sed, prout cujusque juvenis ars atque operandi dexteritas meretur, ac prout eo ad opificii sui compendia quærenda uti confidunt, ita quoque tractant, ita quoque à consociis deinde æstimatur: unde proverbium: Operas efficere Socium: Es mache eines
60 jeden seine Arbeit ihn zum Gesellen. Est igitur Sociorum nomen materialiter acceptum, *Genus summum*, habens tam Factitios quam cœteros sub se tanquam species; ita tamen, ut hi cæteri non sint species subalternæ Factitiorum, sed eorundem conspecies ac quasi sororiæ, ipsi oppositæ, generi autem supremo immediatè subordinatæ: qua ratione & de iis potest Affirmari: Socios esse, sed materialiter; & Negari, si formaliter ac-
61 cipias: Quia, uti æquè liberi sunt à disciplina, Ita non æquè tales declarati. Et, si parva magnis comparare licet, differunt ut Doctorandi a Licentiatis solenniter promotis, ut quorum & ipse gradus aliquis academicus, conseq. Status certus est. Cujus equidem aliorum judicium esto, clarius tamen patebit, ubi per inductionem, species singulas recensendo transiverimus, mutuâ habitudine ad invicem commensurata & examinata.

ANNOTATIO.

62 * *Magistro.* Aliquando præter missionem Magistri ad statum socialem consequendum, etiam Consensus Civitatis circularis est necessarius, prout habent Statuta Pannificum in Electoratu Saxoniæ de anno 1545. *Art. VII.* ibi: Zum siebenden, wenn ein Lehr-Knecht obberührter Gestalt ausgelernet, und seine Kundschafft der Lehr-Jahre erlanget, so soll er alsdenn vor einen Schleiffer der Meister und Gesellen der Creiß-Stadt, in welchen Creiß er gelernet. Oder aber da kein Schleiffer der Zeit in derselben Creiß-Stadt vorhanden, und ihm der Verzug beschwerlich, in einer andern Creiß-Stadt, wo er einen Schleiffer in Unsern Landen anzutreffen weiß, gegen Erlegung

sieben Groschen, vor einen Gesellen desselben Handwercks auffgenommen, und in das Handwercks-Buch, unter die Gesellen, so das Handwerck redlich gelernet, geschrieben und gezeichnet werden. Solche sieben Groschen Auffnehme-Geld sollen denen Gesellen bemeldten Handwercks, die Helffte zu verzehren folgen, und die andere Helffte in die Creiß-Lade geleget werden.

THES. II.

Primum autem ac supremum locum tenent SOCII FACTITII, 63
gemachte Gesellen / h. e. certis, in illo collegio usitatis ritibus ac sumptibus, taliter a sui similibus declarati. Quod, qualiter fiat, suo dicetur loco, quando Modum Fiendi proponemus. Efficit autem solennis illa declaratio, ut talis a cæteris, non existimatione tantum, verum & oneribus, quin compendiis etiam longè differat, eosque antecellat. Concernunt autem *conversationem* tum *privatam* tum collegialem. Ibi primum 64
quod Veterani habent præ cœteris *præcipuum*, (1.) VOSSITATIO est, qua cœteros cum Socio factitio locuturos, in plurali numero compellare ipsum oportet, v. g. So mit Gunst mein Alt-Gesell / dieweil Ihr mich thut fragen / ꝛc. so weiß ich auff Euch und alle gute ehrliche Meister / Gesellen und Jünger / ꝛc. cujus moris etiam, tam in congressibus suis admoneri solent, quam quoties inter peregrinandum alicubi appellunt, ab eo quidem qui eos excipit: h. m. So mit Gunst so hälts auch weiter Handwercks-Gewohnheit allhier / so darff auch kein Jünger keinen Gesellen nicht dutzen. Alterum (2.) consistit in *Præcedentia*, quæ cuivis factitio Socio præ quo- 65
vis Juniore competit; ex quo simul fluit (3.) quod in concursu, & sicubi simul deambulare contingit, *locus superior* Veterano competit, neque impunè Junior ad dexteram ipsius iverit: quod itidem inter articulos est, qui adventantibus proponuntur: So darff auch kein Jünger keinem Gesellen vor- oder auff die rechte Hand gehen. Quarta prærogativa est, quâ 66
Junioribus neutiquam est integrum (4.) *ludere* cum Veterano in pecunia; sed solis illis invicem id competit. Cujus rei ratio forsan hæc est, quod & merces eorum soleat amplior esse quam Juniorum: quare, nummos aliquot aut grossos perdidisse, jacturam non reputabunt adeo magnam, ut exinde rixandi ansam sumant; neque etiam cum æquali altercatio adeo erit probrosa. Ast, certamine lusorio super pecunia cum Ju- 67
niore instituto, non pecunia modo, verum & existimatio illorum periclitatur. Notum enim est, quod in ludo fortunæ, & in adolescentibus, affectus dominentur; sive igitur vincat Veteranus, indignabitur Junior, cui de exigua mercede sua vel nummum amisisse grave videtur, iræ in-

 dul-

dulgebit atque invidiæ, adeoque ad rixandum delabetur, atque invenerit facile, qui ipsi commiserеantur, vitioque vertant Veterano, tanquam tenuioris facultatibus insidiatus fuerit: sive vincat Junior, non magis uti victoria poterit, sed prospera elatus fortuna, contemnere alterum præ se incipiet, sibi adscribens, quod fortunæ eventus fuit: quod aliorum inconvenientium causa esse potest: ut satius sit abstinere, quam utroque
68 eventu inglorium discedere. *Declaratur* tamen, ut in symbolum seu tesseram bibalium ludere invicem liceat: So darff auch kein Jünger mit den Gesellen spielen umb Geld. Aber umb Bier / oder umb Wein / soll es ein Erlaub seyn. Cujus *diversitatis ratio* hæc reddi poterit, quòd, dum pecunia in solidum perditur, nec spes participationis superest, jacturam æstiment graviorem, ac facilius eâ commoveantur; ast, quæ ita perdimus, ut in eum usum impendantur, ad quem nos alioquin obstrictos existimamus, non jacturam, sed debitum onus reputantes, æquiori animo ferimus,
69 neque facilè desuper cum ullo rixabimur. Quintò etiam Veteranus inter peregrinandum (5.) *lautiori* excipitur *symbolo* præ Juniori, si illum alicubi appellere contingat. Soll Er einem Gesellen zwey Maaß Bier / und einem Jünger ein Maaß Bier zum Geschencke geben / und sie darauff befragen / 2c. *Statut. Sociorum Serar. art. 15.* sed de his Adventantium exceptionibus atque exhibitionibus *suo* dicetur *loco. Cap. 7.*

THES. III.

70 *In conventibus societatis*, suæ quoque Veteranorum sunt prærogativæ; (1.) quidem Jus *assidendi*, sich nieder zu setzen; Unde ad quæstionem propositam: Ecquid in hoc congressu observaverit bonis moribus adversum? Responsio subsequi solita, inter cœtera hoc habet: So hab ich nichts gesehen / als was der Ehr und Tugend wohl angestanden / und noch wohl anstehen mag: So mit Gunst / so hab ich gesehen / eine Stube mit vier Winckeln / einem Tisch mit vier Spitzen / darumb alle gute ehrliche Gesellen sitzen / und Jünger / die darvor stehen / atque infert, hosce stare,
71 illis assidentibus. (2.) Jus officia atque *ministeria à Junioribus recipiendi*, v. g. cerevisiam ac vinum infundendi: quod tamen fit cum aliquo moderamine ac civilitate: So mit Gunst mein Jünger / thue so wol / und schenck ein / nicht zu viel und nicht zu wenig / wie es Handwercks-Gebrauch ist: post epotum: So mit Gunst mein Jünger / thue so wol / und schenck wieder
72 voll / 2c. Decebat nimirum, ut Veteranis per aliquos serviatur, dum hospiti interim ipsi adesse queant; & quum Tyrones non habeant, eorum enim famulitio utuntur Magistri, proximos tangit ordo Juniores: quos

Vete-

Veteranis officium hoc præſtare non pigebit, dum eâ ratione mores Collegii cognoſcunt, ſine quibus inter alios decenter converſari non poſſunt, neque tamen in Tyrocinio addiſcere potuerunt, quo tempore, *ut dictum*, ſectari Magiſtrum oportebat. (3.) *Jus*, ut ita dicam *Poſt-principii*, quod 73
conſiſtit Tum in *ultimo voto:* cujus hæc ſunt commoda, (a) ut tam animos atque inclinationes cæterorum expiſcemur, quam ex aliorum votis nos informemus. (b) quod illud concludat; poſſumus enim iſtud quaquâverſum deponere, noſque huic vel illi factioni adjungere. So mit Gunſt/ Ihr günſtige liebe Meiſter und Geſellen/ ſo iſts der Gebrauch/ daß man die Jünger zu erſt fraget/ und zwar den/ der am nächſten iſt hergewandert kommen. Tum in extremo ſymbolo; ſeu, teſſeram ſuam ultimo deni- 74
que ponere; videl. ut Juniores munus ſuum Senioribus mage, quam contra, offerant; & hi potius de illorum collecta judicare valeant: Es iſt der Gebrauch/ daß die Jünger die Büchſen-Pfennige am erſten legen. *Quarto* 75
denique *Jus ſecretorum*, quod involvit (5.) *jus ſeceſſum* Junioribus *imperandi:* Neque enim adhuc dum ad interiora ſacraria penetrare illis licet; quare, dum Hoſpiti peregrè appulſo articuli ſecreti proponendi ſunt, exceſſe illi jubentur: So mit Gunſt mein Jünger/ thue ſo wohl und entweich ein wenig/ doch nicht ſo weit/ daß man dich kan wieder haben. So mit Gunſt Ihr günſtige Geſellen/ ſo iſt es gleichwohl der Gebrauch/ daß man den Schenck-Geſellen die drey verborgene Articul fragt/ ꝛc.

ANNOTATIO.

* *Conventibus.* Sunt vero Conventus Opificiales, reſpectu ſociorum duplices, 76
alii, quos ipſi inter ſe tantum celebrant, quibus tamen aliquando, melioris ordinis cauſa, arcæ magiſter præſidet. Alii conjunctim cum Magiſtris exercentur, ſi cauſa communis ſit, & totum Opificium concernat. Prout de his poſterioribus diſponunt Statuta Pannificum in Electoratu Saxoniæ confirmata 1545. *Artic. IV.* ibi: Zum vierdten wollen wir und gebieten, daß ſich die Meiſter- und Geſellen-Sachen halben die benannte beyde zuſammen geſchlagene Handwercke, und dieſe ihre Ordnung, oder ſie ſelbſt unter einander betreffen, hinfort, wie eine zeithero beſchehen, nicht mehr auſſer Landes zuſammen betagen, ſondern ein jeder Creiß, in deſſelben vornehmſten und zu dieſer Ordnung benannten Stadt bleiben und zuſammen kommen, und von denſelben Gebrechen gütlich reden, handeln, und die beyzulegen ſich befleißigen ſollen, vor denen ſich auch ein jedweder Meiſter und Geſell deſſelben Creiſes, der Billigkeit und der Handwercke löblichen Herkommen nach, gütlich ſoll weiſen laſſen.

TH. IV.

THES. IV.

77 Sed plura de Sociis factitiis in præsens adferre, ratio instituti non sinit, ubi solum differentias tradere propositum est; Cœtera quæque suo loco uberius. *Postulat ordo*, ut ad cæteros nos convertamus, quo plures, quidem esse, ex diversis nominibus, Jünger / Mittler / Halbgesellen / Lohner / versprochne Jünger / Lohn-Jungen / rc. colligitur; sed Juniores & Sociis propinquiores sunt, & nomen eorum generalius, sic ut reliquos vi-
78 deatur includere. Etenim germanicum Jünger Scholares in quavis disciplina denotat. Unde ipsius Domini ac Salvatoris nostri discipulos, germanica Bibliorum versio Jünger reddidit: cum eos, qui post adscensionem Domini fidelium cœtui se adjunxerint, non illo amplius, sed alio, Fratrum nomine venire observemus: tanquam Apostoli autoritatem dis-
79 ciplinandi sibi arrogare minime voluerint. *Comparationem* autem Juniorum cum Veteranis, ex collocatione sumere licet, dum usque junguntur Gesellen und Jünger; Non autem Gesellen und Mittler / minus verò Gesellen und Lohner audiveris. Aut igitur Juniores repræsentant reliquos, aut iis sunt digniores: quanquam illi ipsi mediæ sunt inter Tyrones ac Socios conditionis, atque adeo Mediastini, sensu generaliori ac materiali.
80 Hæc autem *Juniorum conditio non est ex necessitate* consuetudinis opificiariæ, quâ per certum tempus in ea subsistere opus sit prius, quam supremum Veteranorum conscendant gradum: licet, si ita fiat, è re ipsorum foret ac neutiquam officeret, dum plura discerent atque experirentur: Sed in mero adolescentum est arbitrio, utrum obtenta a Magistris libertate, ad
81 statum Veteranorum rectò pede congredi velint: An in medio hoc aliquandiu persistere; sicut & frequentius hoc agunt, in tantum, ut cœteri Veterani opus habeant, certis eos remediis ad hoc invitare, aut indirectè per stratagemata compellere: qualia erant illa *de quibus modò diximus* Præcipua. Verùm, sunt & *onera* quædam, aliaque tædia sufferenda: qua-
82 lia erant *juxta* superiora (1.) Tuissatio, patienda a Veteranis, quamdiu status Junioratûs durat; in tantum, ut neutiquam sit retorquenda; quam primum tamen ad eundem gradum pervenerit, mutuo Veteranum Tuissare integrum est. Unde, ubi in examine usque eò perventum fuerit, ut de statu sociali adsumto respondendum sit, mox invertitur stylus, & qui usque huc vossitavit, tuissare incipit: verb. So mit Urlaub und Gunst mein Gesellschafft / dieweil du mich thust fragen / wo ich meinen
83 Jünger Nahmen verschencket / rc. (2.) Sequela ac (3.) locus inferior ad sinistram: (4.) inæqualitas in ludendo: quòd non, ut Veteranus cum

Vete-

Veterano, ſic & Junior cum Veterano liceat in pecunia ludere. (5.) diffe-
rentia ſymboli, quò minori Junior excipitur quam Veteranus. (6.) Ne-
ceſſitas ſtandi coram menſa, aſſidentibus Veteranis: (7.) onus cereviſiæ
infundendæ, quod quidem ego crediderim infimum: (8.) excluſio à ſe-
cretorum cognitione, conjuncta cum neceſſitate ſecedendi: Sed ſuper- 84
ſunt plura, interque ea (9.) onus mercedis conciſioris, quam in quibusdam
opificiis accipiunt, & ſic Magiſtri fermè paria cum ſociis faciunt, aut dum
in aliis quidem non moventur, ſed æqualem pendunt, partem tamen ejus
ſibi vendicant Veterani, tanquam pro licentia ſubſiſtendi in hac mediocri-
tate: & quod deterrimum eſt (10.) onus ridiculum veſtimenti genus ſta-
tis temporibus gerendi, aut ad ſtationem ſuam alligatum habendi, vel ab
hoc, penſione hebdomatariâ ſe redimendi: quod comitatur (11.) & No-
men tædioſum, exinde ſumtum; ut Cornutorum apud Typographos.

ANNOTATIO.

* *Cæteros*. Solet autem certus boethorum numerus ſingulis magiſtris in quolibet 85
Collegio eſſe præfinitus, quem non licet excedere, ne ſcilicet unus magiſter,
pluribus, pro lubitu, promotis ſociis, operas tantum ad ſe trahat, & ita cæteri
magiſtri neceſſariis ſubſidiis deſtituantur. Poteſt tamen non obſtante Statuto
Collegii Princeps quandoque ex juſta cauſa, *ſupernumerarium* concedere. Vti
extat ſpeciale Reſcriptum Principis Saxoniæ ad Senatum Oppidanum Jenen-
ſem die 15. Aug. 1655. emiſſum, in ſequentibus formalibus: Demnach Wir
auff unterthäniges Anſuchen Unſerer auff der Univerſität Jena ſtudierenden
Fürſtlichen jungen Herrſchafft der Zeit Schuhmachers Jacob Bittermanns,
ihm über die gewöhnlichen zwey Geſellen, biß auff Unſere fernere Verord-
nung, noch einen zuſetzen, in Gnaden vergönnet und zugelaſſen. Als begeh-
ren Wir hiermit, ihr wollet das geſammte Handwerck vor euch erfodern, und
ihnen andeuten, daß ſie genannten J. B. Krafft dieſes Unſers Befehls noch
einen Geſellen zu halten, unweigerlich verſtatten ſolten. An dem ꝛc. Sed cum
Collegium ſutorum concedere nollet, & mulctam ipſi dictaret, atque exerciti-
um artis penitus interdiceret, aliud ad ejus ſupplicationem emanavit Reſcri-
ptum die 13. Octobr. 1655. in ſequentibus verbis: Was bey Uns Jacob
Bittermann Schuſter zu Jena wider das Schuſter-Handwerck alldorten,
wegen gelegten Handwercks ſupplicando eingegeben und darneben gebethen,
das beſaget der Inſchluß mit mehrern. Wenn Wir denn über ſothanen ob-
bemeldten Schuſter-Handwercks groben Beginnen ein ſehr ungnädiges
Mißfallen tragen; in Betrachtung, von Uns ſie ihre Innung, auch geſtalten
Sachen nach, Wir dieſelbe zu vermindern, zu vermehren, auch wohl gar auf-

zuheben Macht haben. Und sie doch so unverschämt zeithero sich erwiesen, und nicht gestatten wollen, daß Supplicant vor Unsere Herren Söhne und derselben Bedienten Arbeit zu Jena, welches doch nur Zeit ihrer Anwesenheit alldorten geschiehet, einen Gesellen, über die ihm zugelassene halten dörffte Als begehren Wir hiermit ernstlich, ihr wollet mehr geregtes Schuster-Handwerck alsobalden nach Empfah- und Verlesung dieses, vor Euch erfordern, ihnen solch Unser Mißfallen, auch darneben dieses andeuten und darzu anhalten, daß sie obermeldten Bittermann, nebst seinen Gesellen, hinfüro ruhig und ohne eintzige Hinderniß sein Handwerck treiben, auch da vor Hochgedachter Unserer Herren Söhne Arbeit, er über die zwey Gesellen noch einen bedürfftig, sie ihme denselben sonder Wiedersprechen lassen sollen. Würden sie sich aber ingesamt, oder ein und ander Meister insonderheit unterfangen, Supplicanten im geringsten dießfalls weiter zu hindern, oder ihn sonsten aus Affecten zu kräncken, haben sie sich gewiß zu versichern, daß Wir dieselbe mit solcher ernster Bestraffung ansehen wollen, daß sie es fühlen, und sich andere daran zu spiegeln Ursach haben sollen.

THES. V.

86 Quid igitur, inquias, causæ est, *quare non* celerrimô gradu *ad amplectendum Veteranismum properent*, eumque utraque prensent manu? Nimirum, est quod allegent, Destitutus se occasione nanciscendi. Nam præter hoc, quòd 1. Sumtus requirantur, quos ex tenui mercede comparcere nondum potuerint; sufficientem 2. ad hoc requiri Veteranorum numerum, quem tenus hac congregatum habere nequiverint: hätten so viel Ge-
87 sellen nicht können zusammen bringen: & si quid aliud. Enimverò, prætextum narrant, vera causa occultata: Contingit enim, ut aliquando duo pluresve Optiones una peregrinantes alicubi appellant, ut insperatò quis potiatur occasione tum nanciscendi statum, tum expiandi, si qua laborat, irregularitatem, sich abstrafen zu lassen: debuisset eâ uti. Fronte capillata est, postica occasio calva! Nam Finge, alicui ad prensandum Magisterium opus esse hoc statu, sicuti nemo nisi Socius factitius admittitur; sanè occasionem minimè præstolabitur, sed quæret eam, evocabit sumtibus suis aliundè Veteranos verschreiben / aut ad nundinas solenniores ibit, quorsum plures convolare solent: Eccur verò non antè idem facit? Oportet utique inter illa mala quid boni reconditum esse, propter quod illa tam pa-
88 tienter tolerat! Ita est: Non Incommoditas commoditate caret. Status Juniorum in se minimè intolerabilis est, sive qualemcunque spectes (1.) Existimationem, quâ fruuntur in consortio Sociorum, ad quod admittuntur

tur in plerisque actibus; solis secretis exceptis: sed ne tum præsentes absentium dememinisse observabis: So mit Urlaub und Gunst/daß ich mag reden und stille sitzen/Grüß mir GOtt alle gute ehrliche Meister und Gesellen/ deßgleichen die Jünger die entwichen sind rc. sive etiam (2.) onus Expensarum, quod alioquin genus istud hominum maximè considerat; Inferius quippe est eò, quod præstant ipsi Veterani, alicubi altero tanto: v. g. apud Serarios *Artic. 5.* Es soll auch bey solcher Zusammenkunfft jedweder in Arbeit stehender Gesell 2. Groschen / ein Jünger einen Groschen / ein versprochner Jünger 6. Pfennige auff das vier Wochen-Gebot erlegen: sive (3.) Præstationes in excipiendis peregrinantibus, beym Ein- und Ausschencken usitatis, quas præstant Veterani, quandoque soli: Jünger dörffen kein Geschenck halten. Propter quod plerique Veteranismum tantoperè defugiunt. Sive (4.) Exhibitiones peregrinantibus, etiam Junioribus, (quamvis in minori quantitate, attamen) præstari solitis: prout *sup. n. 69.* dictum, Veterano duos, Juniori unum cerevisiæ quadrantem offerri: admittuntur E. ubique ad symbolisationem; quoad rem ipsam, licet non quoad modum & gradum. Sicut (5.) denique etiam ad Munia admittuntur, non ministerialia solum, ut fiant Patres curæ, Oerten Jünger / verùm dirigentia, v. g. Senioratum, Alt-Gesellen / quod, deficiente Veterano, ad quem præcipuè spectabat, inter eos est ambulatorium, per spacium trimestre: Ord. Soc. Serar. *Artic. 20.* Und sollen die Gesellen und Jünger / wo nicht ein gemachter Geselle vorhanden / einen andern Alt-Gesellen erwehlen / rc.

89

90

91

THES. VI.

Ex dictis hactenus facile erit judicium de cœtera sociorum turba, Mediastinorum, Mercenariorum & sim. formare; *graduum* ut diximus, non *specierum* sunt nomina. Et *Mediastini* quidem, Mittler / ut nominis sonus importat, Inter Socios & Pueros mercenarios medii sunt, in quibus scil. opificiis duo illa extrema sunt recepta, v. g. inter Chirurgos; nec omnes quidem & ubique: sed qui officinas habent ampliores, ubi aliquando unus vel etiam duo Socii, proventus pixidales cum Magistro v. g. ex quinta parte dividunt, ac nihilominus, unum, duos vel tres Mediastinos, pro salario hebdomatario è pixide alunt, Magistro edulia suppeditante. Sed Mediastinorum nec status est certus nec universalis, sed, qui alibi, v. g. in locis minoribus fuit Socius, ad loca populosiora delatus, cogitur esse Mediastinus. Non quod sua conditio, sed iniquior fortuna, aut imperitia non aliter ferat. *Pueri mercenarii*, Lohner / ex eo dicuntur, quod mercedem, tanquam Socii accipiant, sed ministeria quædam, ad quæ alii Socii se non

92

93

demittunt, adhuc præſtant, v. g. apud Chirurgos patinas mundant, Becken ſcheuren. Statu E. tenus Socii ſunt, ſed exiſtimatione Pueris paulò
94 plus majores. In genere autem de univerſis not. quòd *nec omnes* ſpecies *in omni* opificio ſint uſitatæ, *Nec* unum atque idem opificium *ubique* eodem modò ſervet, dum ratio loci non ubivis ita ſervet vel admittat. Sic Juniores apud Serarios, Reſtiones &c. uſitati, Chirurgis ignorantur: Cornuti ſolis Typographis uſitati, Factitii Socii pluribus ignorati. Scriniarii Caudas vaccarum, honeſtius Kuhſchlüſſeln dictos habent, nuſquam alibi auditos. Reſtat, ut de quibusdam ſpeciebus opificio differentibus quædam, pauca licet adferamus, quantum ad præſentem rubricam opus eſt, ut tandem diſcrimen à Tyronibus, atque ipſis adeò Magiſtris adferri, atque
95 ſic præſenti articulo finis imponi poſſit. Repetendum autem ex *Cap. I. n. 10.* quoſdam Bretmeiſter / Taffel-Schneider / Pallierer / Proviſores, Factores & quid non aliter, dici. Sociorum videl. aliqui *vicariam* Magiſtrorum *conditionem* aſſumunt, totius officinæ directionem, à vidua fortè nacti, unde ad nominis qualemcunque participationem admiſſi, apud Sutores Bretmeiſter / ab aſſere cui coria calceis aptanda diſſecandaque imponuntur, das Würck-Bret; apud Sartores Tafel-Schneider, quum non uno aſſere ſed integra menſa, & quidem oblongâ, in qua pannos explicent, opus ſit; Apud
96 Fabros lignarios Pallierer / apud Pharmacopoeos Proviſores dicuntur, quibus Optionum nomen commodiſſime tribui poteſt; tum, quod non promiſcue aſſumantur, ſed delectu inſtitutô & poſtquam ſatis probati: tum, quia re ipſa ad Optiones, quos Romani dicebant, accedunt: quod Duces eos ſibi optarent, dividendæ annonæ causâ, quaſi Adjutores, quò facilius
97 cœtera munia militaria obirent. Nam, ut Vegetius *Libr. 2. cap. 7.* & Non. Marcell. ſcribunt: Optiones ab optando appellati ſunt: quod antecedentibus ægritudine præpeditis, iis tanquam adoptatis eorum atque vicariis, ſolent univerſa curare. Unde Auxilia fœderatorum Optiones etiam dicuntur / *ſ. C. Locat.* Zum Succurs commandirte Völcker quod ex ſingulis
98 turmis certi ad hoc electi fuerint. Illa ab accidenti deſumpta videtur diviſio atque denominatio, qua aliqui *Pixidarii*, alii *Septimanarii*, Büchſen- und Wochen-Geſellen dicuntur, a modo mercedem ſuam conſequendi, quorum alter conſtitutâ in ſeptimanas mercede contentus vivere; Alter, plerumque qui vel ſtatu ſociali, vel certè tempore in ea officina transacto præcedit, proventus omnes in pixide collectos dividit cum Magiſtro, ex tertia ut plurimum, ſeu, duabus tertiis Magiſtro aut viduæ relictis.

ANNO-

ANNOTATIONES.

* *Mercenariorum.* Aliquando tertius, qui per vulnus artifici inflictum, eundem ad operandum inutilem reddidit, condemnari poteſt, ut mercenarium quendam ſocium in uſum vulnerati artificis alat, eidemque mercedem hebdomadariam exſolvat. Uti docet Reſponſum Facultatis Wittebergenſis ad requiſitionem Cancellariæ Serveſtanæ anno 1673. Verb. Erachten wir in Rechten gegründet, daß Kläger dasjenige, so ihme zu beweisen obgelegen, und er sich angemasset, zur Nothdurfft erwiesen; derowegen Beklagter ihme, so lange er lebet, zu Haltung eines Gesellen, eine wöchentliche Zubusse, iedoch, daß sich solche über 12. Groschen nicht erstrecke, zu reichen, auch die auff diesen Proceß verwendete Unkosten, auff vorhergehende liquidation und rechtliche Ermäßigung zu erstatten schuldig, V. R. W. 99

* Mittler. Nimirum poſt emenſa tyrociniis ſpatia dimiſſus è magiſtri ſui ſchola ac diſciplina, non confeſtim Optio ſive ſocius habetur aut nominatur, ſed apud pleroſque medium ſubit ſtatum, quo *Junior*, Jünger, apud alios autem *Tyro ſalariatus* Lohn-Junge, vel uno eoque ſimplici vocabulo *Mercenarius* Lohner, alicubi *Mediaſtinus* Mittler dicitur. In ea autem conditione ſubſiſtit, usque dum ad magiſterium adſpirat, tunc utrumque ſtatum ſimul aut certè brevi interſtitio adſumit. Cum enim ſtatus Optionum valde ſit oneroſus maximè inter opificia gratuita, quoad ſymbolum ſeu liberale hoſpitium ſociis peregrinantibus præſtandum wegen des Ein- und Ausschenckens, quæ expenſæ aliquando, adeo excreſcunt, ut mercedem hebdomadariam abſorbeant, ideo melius eſt, aliquem Mediaſtinum ſeu Juniorem manere, usque dum ambiat magiſterium. Conf. Beier p. m. de *Magiſtro Cap. V. th. I.* 100

* *Vidua.* Permittitur hoc jus viduæ operandi, per ſocium, quamdiu in viduitate manet; Si vero poſtea nubat extra Collegium, jus Collegii amittit, & conditionem noviter nupti mariti ſequitur. Sin vero boëthum ſuum, per quem hactenus opificium tractavit, in conjugem accipere velit; tunc iſte rite in magiſtrum debet promovere, juxta Statuta Pannificum in Electoratu Saxoniæ de anno 1545. *Artic. XII*, ibi: Wenn ein Meister stirbt, so soll seine nachgelassene Wittbe das Handwerck mit einen redlichen Gesellen, oder ihren Söhnen, ob sie die hätte, und vor Gesellen auffgenommen, zu treiben, Macht haben. Würde sie sich aber mit demselben, oder einen andern Gesellen dieser zusammen gewiedmeten Handwercker verehlichen, so soll derselbe die Probe-Stück wie obgemeldet ist zu machen verpflichtet seyn, und dem Handwerck einen Gülden in die Lade geben. Auch dem Handwerck seiner ehrlichen Geburth, 101

burth, Wesens und Wandels, auch daß er das Handwerck redlich gelernet, Kundschafft vorlegen.

THES. VII.

102 Sunt denique vel *Veri* vel *Imaginarii*, qui Schemate sociali sumpto, cum tales amplius non essent, nihilominus taliter se tractari patiuntur. Nimirum accidit aliquando novercante fortuna, ut quis statum Magisterialem assumptum continuare minimè queat, eaque propter ne plane feriari atque algere cogatur, posita interim persona Magistri, habitum socialem resumat, muß vor einen Gesellen arbeiten. Quod *utrum* & quousque va-
103 leat? *Quæritur.* Nam statum socialem, cum Magisterium ambirent, utique posuerunt, haben den Gesellen-Stand abgelegt: non E. variare licet; quin nec mortua resurgunt: fiet etiam hoc in necem coeterorum Sociorum, statum suum adhuc tenentium, ut qui per eum turbantur, werden von ihm vertrieben: nec non symboli exhibitione prægravarentur, wenn sie ihm das Geschenck halten sollen. *Sed enim*, præsupponimus, Temerè haut
104 fieri; Necessitas autem legem non agnoscit: Satius erit, sub mutuatitio Sociorum habitu utcumque tolerabiliter vivere, quam in nativo Magisterii statu esurire: Neque verò ad aliud vitæ genus transire commodum aut integrum est; furari autem planè prohibitum: quid igitur? ut nimirum omnis mutatio fiat in proximum, &, si statio deserenda, secedatur ad affinem; Socii autem ejusdem collegii Magistris suis similiores quam ulli ex-
105 traneo. *Neque movet* (1.) statum socialem deposuisse: quia fiebat ad effectum consequendi Magisterialem, & ad evitandum concursum plurium qualitatum, quæ, in suo vigore, sunt incompatibiles; quare, dum erant Magistri, magisteriumque exercebant, meritò ab actibus socialibus abstinebant; nunc, ubi magisterio exercendo minus sunt idonei, ab eoque desistunt, nihil impedit, Sociali statu uti; quia concursus qualitatum in vigo-
106 re existentium non contingit. *Non obst.* (2.) Variationem non esse licitam: quia si absolutè id dicatur, non concedimus: Si enim de socialitate semel sumta licet transire ad Magisterium, qua novus plane sumitur status: quid vetabit de Magisterio redire ad illum quem semel habuerant? Fateor, ordine retrogradô fieri, adeoque regulariter abstinendum: sed nec credo, quenquam nisi extremâ necessitate, quæ itidem irregularis status est, facturum. Ordinariè fient omnia, quam diu status rerum ordinarius id patitur.
107 Neque etiam Variatio hic talis contingit, quâ ipsum statum deponunt, sed qua exercitio solum abstinent. Adeoque non fit concursus incompatibilium in gradu excellenti, sed remisso. Possibile autem hoc esse, docet exemplum

xemplum Dominii earundem rerum, ſtante matrimonio, tam uxori quam marito, illi quidem in quiete, ſed huic in exercitio competenti; illud naturale, hoc civile dictum; Illud fundatur ſuper veritate, hoc ſuper fictione. Unde porrò *nec* (3.) *obſt.* Mortua non reſurgere; nec à privatione ad habi- 108
tum dari regreſſum. Nam ſicut non omnes dormiunt qui tenent oculos clauſos, ita nec mortuus planè, qui tantiſper quieſcit aut jacet in torpore, Germanus dicit: liegt in Hünbrüten / quod neſcio an dicatur ab itinere accincto, heimbereiten / quod migrare domum & ad veram patriam paratus ſit: quales pro mortuis ſæpe habiti, ad ſepulchrum jamjam deferendi, nî evigilaſſent, fuiſſent. Talia in jure noſtro non una ſunt negotia, in qua- 109
dam *diſp. de Reſuſcitatione mortuorum* 1665. vulgata & habita, à nobis oſtenſa: quorſum & ſtudio brevitatis remittimus: Quibus, ſi & ſocialem ſtatum accenſuerimus, minimè erraverimus: eſt enim character ille quaſi indelebilis, qui ne magiſteriô quidem ſumtô, penitus extinguitur: unde obſervavi, in caſu, quo quis Junior, pro nanciſcendo magiſterio, Socius ex more dicendus antè, nec tamen copia numeri quaternarii Veteranorum erat; Magiſtrorum unum, hiatum expleviſſe, ac ſub aſſumto Veterani habitu, inter cœteros perſonam ſeu partes egiſſe. Illud quod (4.) *de præ-* 110
judicio cæterorum affertur, ad intereſſe privatum pertinet, ac, ſi res ipſa poſſibilis habetur, per hoc non impeditur; quid enim dixerint, ſi Juniorum aliquis Veteraniſmum ambiret? An conſuetum, ac fortè diu deſideratum convivium, den Geſellen-Braten recuſabunt, ne numerus augeatur? *At verò* inquias, tale non ſperare licet à Magiſtro ad Socios reverſo! *Nim.* Reſp. id jam olim exhibuit aliis: aut, ſi vel maximè controverſiam deſuper patiatur, ſuaſor eſſem, ut denuò per transactionem gratiam eorum ſibi conciliet. Illud verò, quod (5.) ultimo adfertur locô, non omninò adproba- 111
verim, ſi reaſſumptio Socialitatis non fieret ex neceſſitate, neque intentione operandi, ſe ſuosque honeſtè ſuſtentandi, ſed liberè vagandi, balandi, ut cœteris operantibus, denen hin und wieder in Arbeit ſtehenden oneri eſſet: aliis verò peregrinantibus munus quaſi præriperet: Qualis querela pau- 112
cis ab hinc annis Argentorati orta fuit, adverſus Magiſtrum quendam Jenenſem, ibidem & in circumjacentibus locis Socium ſe profitentem, conſuetaque munera eo titulô recipientem, hab ſich als einen Geſellen ein / und ausſchencken laſſen / alſo andern ehrlichen Geſellen das Geſchenck gleichſam abgeſtohlen.

ANNOTATIONES.

* *Ambirent.* Nemo ſcilicet ad magiſterium aſpirare poteſt, niſi prius ſubeat 113
annum

annum probationis, quo spatio durante, *socius annalis* ein Jahr-Geselle dicitur, Beier de Magistro *Cap.5.th.2.* Verum hic quæritur: An Anni, quibus boë-
114 thus operam opificiariam tractavit, proficiant ad annum probationis, quam quis post petitionem magisterii subire tenetur? Negatur. Uti se habet Attestatum Collegii Sutorum Sangerhusani de dato den 30. Mart. 1707. verbis: Wir Ober- und andere Meister des Schuhmacher-Handwercks der Stadt Sangerhausen, auff der in beschehenes Nachsuchen des Schuster-Handwercks zu Franckenhausen, uhrkunden und attestiren, daß sowohl allhier uns nicht anders bewust / wie auch in andern Städten durchgehends eingeführet und Herkommens ist, daß derjenige, so das Meister-Recht an einem Orthe erlangen will, ob er schon einige Jahr daselbst als ein Schuh-Knecht gearbeitet hat, sich zuförderst bey dem Handwerck angeben, und so dann die in jeden Handwercke ertheilten Innungen enthaltene Muth-Zeit, ohne Nachlaß arbeiten müsse. Uhrkundlich ist dieses Attestat von denen geschwornen Handwercks-Meistern unterschrieben, und unser Handwercks-Insiegel beygedruckt worden. Sangerhausen den 30. Mart.
115 1707. Hoc elapso, vel spatio per dispensationem anticipato, efficitur *Optio sollicitatorius* ein Muth-Geselle. Qui & ipse præ cæteris habet quandam prærogativam v. g. in mercede, de qua extat Attestatum des Lohgerber-Handwercks zu Nordhausen de dato den 2. Jan. 1712. in sequentibus formalibus: Zu wissen, daß vor Uns erschienen, Hanß Nicolaus Semring, Lohgerber-Geselle, gebürtig aus Schlotheim, und vorgebracht, wie daß er gesonnen sich in Franckenhausen bürgerlich nieder zu lassen, und deßwegen von uns eines Attestats benöthiget, wie wir unsere Muth-Gesellen in ihren Muth-Jahren hielten, und was wir denenselben vor einen Wochen-Lohn geben. Solches sein bittliches Suchen und Begehren können wir keinen Umbgang nehmen, sondern müssen zur Steuer der Warheit dieses glaubhafftig attestiren, wie daß bey uns allhie gebräuchlich, und mit unsern Muth-Gesellen also gehalten wird, daß wir denselben in seinem Muth-Jahr bescheidentlich tractiren, und demselben an Wochen-Lohn geben 8. Groschen, den Groschen zu 12. Pfennige gerechnet, benebst ein paar neuen Schuh, auch wenn es benöthiget, ein Stück Sohl-Leder. Dieses alles ist der Wahrheit gemäß, und solches benebenst Unsern Handwercks-Insiegel unterdrücket / benebst eigenhändiger Unterschrifft. Geschehen Nordhausen den 2. Jan. 1712.

116 * Gesellen-Braten. Ita constat ex Attestato Viduæ Magistræ cujusdam, quod adducit Beier in *Advoc. Opificiar. Cap.32. th. 10.* in sequentibus formalibus: Ich Maria Meister Michel Gerhards seel. Bürger und Paretmachers hinterlas-

terlassene Wittbe, bekenne mit dieser Kundschafft, daß gegenwärtiger Martin Greiß von W. bey mir gearbeitet vor einen Stricker, Walcker und Ausbreiter, und hat sich bey mir gehalten, wie sichs gebühret, hat auch einen freundlichen Abschied von mir bekommen, weil er aber seinen Gesellen-Braten nicht gegeben, und ich von E. E. Hoch- und Wohlweisen Rath allhier gezwungen worden bin, habe ich ihm diese Kundschafft nicht verhalten können. Dieses geschicht an alle Meister und Gesellen zur freundlichen Nachricht. Dessen zu wahrer Uhrkund habe ich mein gewöhnlich Petschafft hierunter gedruckt. Dat. W. den 3. Sept. 1666.

THES. VIII.

Ex dictis usque huc constabit, *statum sociorum* generaliter considera- 117
tum, *medium* esse, Tyrones inter atque Magistros; Illos, uti terminum à quo processerint, Hos autem, ut Terminum ad quem tendant, respicere; Juniores quidem Tyronibus, Veteranos autem Magistris propius accedere, quorum vicem quosdam etiam gerere, *paulò antè* adfuit. *num. 95. seqq.*
Quantô autem opere ad Magisterium contendunt, tantô Tyronum res de- 118
fugiunt, nec ultra necessitatem cum iis conversantur, sic, ut ludicra cum ipsis tractasse, turpe; chartis autem lusoriis certasse, punibile sit: atque ita non adeò pridem servatum in societate Figulorum adversus quendam sodalem suum, cui mulctam, ob initum chartarum lusum in caupona paganica, cum pueris seu artis suæ Tyronibus, dictarunt. Verum res ita 119
cessit, ut & ipsis vicissim à Magistris mulcta dictaretur, arca auferretur, uni autem ex illis orbis usus die Scheibe / h. e. artis exercitium interdiceretur. *Rationes* erant, quòd visi fuerint aliquid monstri alere, aut ipsi causæ suæ diffidere, dum silentium mulctato imperaverant: allegabatur insuper mulctati juventus, it. quod ritè non admonitus fuerit antè. Arcam quod attinet, 120
viduum illum, quem penes hactenus asservata fuerit, esse defunctum, atque adeo necessum, alio transferri. Mulctam quæ cuivis dictata, exiguam & unius grossi esse. Orbe quod uni ex illis interdictum sit, istud fundamentum habere, quod viduus ille Magister defunctus, filiam virginem reliquerit, quæ jus officinæ, aut Socium promovendi, arrogare sibi nequeat: Es könne der Gesell bey keiner Jungfrau arbeiten. Sed delata ad Magistra- 121
tum causa, nec in meritis nec in processu deprehendebatur sana. Nam prætensus Judex itemque Sociorum Pater sive Hospes, fuerat mulctati adolescentis parens, adeoque simul Actor & Judex: faveratque filio in causa, quam in aliis improbaverat, mulcta etiam coërceri approbaverat; arcam invitis Sociis, moribus quoque opificii reclamantibus sibi arrogaverat.

 Quare

122 Quare decretum fuit: Ante omnia Socios rite fecisse, nimiam sodalis sui cum Tyronibus familiaritatem compescendo. Clavem igitur arcæ suæ ipsis restituendam, aliumque Patrem seu Hospitem eligere permittendos: At, quum citra causæ cognitionem arca claveque destituti, insuperque mulctati fuerint, Collegium meritò suò mulctam certæ summæ incurrisse. Ita
123 in causa Nic. Dob. 14. May 1679. Movebat præter coetera, quod Socii satis diluissent suspicionem actus clancularii, tanquam non frustra prohibuerint collusorem, ne de mulcta cuiquam quidquam. Quoniam Non Parentibus, sed collusoribus, quæ propter eos passus fuerat, majoris mali præcavendi causa, manifestare prohibuerant. Et, quod Sociorum unus penes orphanam, non suâ, sed defuncti voluntate subsistat.

ANNOTATIO.

124 * *Statum*. Hic etiam quæritur de *foro* boëthorum? Id quod ex statu suo opificiali vel commune habent cum aliis, in causis, quæ opificium non concernunt; vel proprium in causis nimirum opificiariis, coram Tribu sui Collegii cui addicti sunt. Prout decidit Beyerische Landes-Ordnung *Lib. IV. tit. 5.* sub rubrica von Handwerckern *Artic. XVIII.* ibi: Und was sonst ein jeder Spruch und Foderung zu dem andern umb Sachen, so ein Handwerck nicht betrifft, hätte, oder zu haben vermeinet, das soll ein jeder vor der Obrigkeit, oder Flecken, darinne sie betreten werden, oder sich enthalten, und umb Sachen ein geschencktes oder nicht geschencktes Handwerck belangend, vor der Zunfft, oder demselben Handwerck, nach guten ehrbaren Brauch der Orth, wie sichs gebühret, austragen. Und welcher Meisters-Sohn oder Gesell obgemeldt Erkändtniß und Vertrag nicht annehmen noch halten wolte oder würde, der soll im Reich teutscher Nation in Städten oder Flecken ferner zu arbeiten, und solche geschenckte und nicht geschenckte Handwerck zu treiben nicht zugelassen, sondern ausgetrieben und weggeschafft werden. Doch wo einiger sich beschweret befindet, dem soll unbenommen seyn, sich vor die nechste Obrigkeit zu beruffen. Darnach sich männiglich haben zu richten.

THES. IX.

125 Versa vice, quantumcunque Socii ad Magisterium tendunt, Magistrisque opidò sunt similes, ab his tamen statu distinguuntur, neque factô quidquam commune habere licet, utut à Societate nomen habeant. conf. *sup. n. 21.* Sicut exsertis quorundam Collegiorum articulis cautum reperimus v. g. Coriar. *Artic. VI.* Es soll auch kein Meister mit seinem Knechte weder Uffkauff oder Gesellschafft-Arbeit haben / oder uff halben Theil arbeiten /
126 die Buse 2. Gülden. Item Fabri, quondam *Artic. IX.* Clandestinas tamen socie-

ſocietates, & pacta Locationi adfinia licet animadvertere, quandoque Lanios inter ac Socios ſuos, quibus jus omne mactandi negociandique, pro Penſione hebdomataria unius Imperialis & ultra concedunt, ipſorum periculo exercendum, auff den Meiſter zu ſchlachten. Sub hoc colore, quaſi alioquin incautius ſint negociaturi, tanquam de Magiſtri ludant corio: Ita verò, dum ſua res agatur, majori cum providentia tractent. Sub finem 127
hujus materiæ non incongruè Quæſtio tractatur: *Utrum* ei Corpori, cui ſe Magiſtri uniunt aut ſubmittunt, Socii quoque ſubeſſe teneantur? & conſequenter: *Utrum* Socios ſuos alteri Collegio cognoſcendos, mulctandosve ſiſtere; An item groſſos quartales, h. e. trimeſtre ſymbolum, den Quartal-Groſchen iſthuc transmittere teneantur: An verò, non obſtante pactô Magiſtrorum, Jus Sociorum hactenus exercitum maneat integrum? *Rat.* 128
dub. contra prius pro poſteriori, eſſe poteſt, Quod (1.) Socii non permittantur eſſe in communione, per *num. prox. præced.* 122. & (2.) quòd Magiſtri per ac poſt Miſſionem, nihil juris amplius in ſuos habeant, ſed eo ſe abdicaverint. *ſup. n. 56. ſeqq.* junct. *n. 84.* Quod item (3.) Plerorumque opificiorum Socii ex permiſſione Magiſtrorum & conniventia Magiſtratus, jus quoddam Collegii analogum, arcam, pixidem, articulos ac ſtatuta à Magiſtris peculiaria habeant. Accedebat (4.) in ſpecie propoſita, quod Colle- 129
gium, tempore unionis, expreſſe de Sociis prædixerat, eosque quaſi exceperat, ob hoc, quod illi per CXV. annos peculiare collegium ac ſtatuta ſua ſibi habuerint. Ita diſputatum in Collegio Figulorum Jen. & Vinar. quando Hoc urgebat, ut Illud Socium quendam N. K. ex officina Johannis Steinbrückens coram arca principali ſiſteret: ex hoc fundamento, quod A. C. 1646. Collegium Jen. Vinarienſi ſe uniendo ſubmiſerit. Sed tandem 130
amice conventum, & ab hac contradictione diſceſſum fuit; quoniam ſcil. nova confirmatio generalis ſit, & omnia ſub ſe concludat. Permiſſo tamen Sociis Jen. conventu ſuô, & jure peculiari, ſi quod poſt hac continuare velint. *Ita Transact. 15. Jan. 1651.*

ANNOTATIONES.

* *Collegii.* Habent enim etiam ſocii in nonnullis locis ſpeciem ſeparati alicu- 131
jus *Collegii*, ut ſuos ordinarios Conventus celebrent, & de cauſis ſtatus ſocialis deliberent. Et quidem etiam iſtis ſolent ſui eſſe Articuli Geſellen-Ordnung, cujus exemplar in fine ſubjecimus, quos itidem Princeps territorii confirmare debet Beier de *Jure Colleg. Opific. Cap. III. th. 4.*

* Unde *Arcam* quoque *ſocialem* habent Geſellen-Lade. Atque hæc apud Magi- 132
ſtrum Collegii aſſervari ſolet, & annuatim transportari; Præterea binæ claves

 ad

ad arcam aſſervantur, quarum unam Magiſter, penes quem arca depoſita extat; alteram ſocius dictus der Oehrten-Geſell habere ſolet. Uti conſtat ex Articulis der Innung des geſchenckten Handwercks der Nagel-Schmiede zu Franckenhauſen *Artic. XXI.* Damit denen Geſellen recht vorgeſtanden werde, ſo ſollen die Geſellen-Laden alle Jahr zu einen andern Meiſter getragen werden. Auch ſoll der Meiſter ſo die Lade in Verwahrung hat, einen Schlüſſel, und der Oehrten-Geſell den andern haben, welcher nun den Schlüſſel verleuret oder vergiſſet, oder gar damit wegziehet, der ſoll nacher des Handwercks Gewohnheit geſtrafft werden, und ſo er ihn mit weg nimmt, dem ſoll nachgeſchrieben werden.

133 * Neque Status Socialis eſt absque *impenſis ſocialibus* communibus, quo pertinent ſymbola menſtrua ſeu quartalia ſeu trimeſtria das Aufflege-Geld. Porro onus ſociorum abeuntium atque adventantium liberaliter tractandorum das Ein-und Ausſchencken. Uti extat in der Innung der Nagel-Schmiede zu Franckenhauſen *Artic. XII.* ibi: Es ſollen auch die Oehrten-Geſellen den frembden Geſellen ſchencken, nach Handwercks Gebrauch und Gewohnheit, ſo er die Schencke verdienet hat. Es ſoll auch ein Meiſter, ſo er bey der Schencke bleibet, einen Groſchen und neun Pfennige erlegen, ein Geſelle aber drey Groſchen 6. Pf. und darbey ſchencken.

134 * Speciem denique *Judicii* cujusdam ſeparati boëthi prætendunt, quod tamen ipſis interdictum eſt. Uti declarat Conſtitutio Ducis Brunſuicenſis Georgii Wilhelmi in den Reglement der Handwercker de anno 1692. *num. 29.* ibi: Als auch der unleidliche Mißbrauch eingeriſſen, daß die Handwercks-Geſellen, vermittelſt eines unter ſich haltenden Gerichts, die Meiſter vorſtellen, denenſelben gebiethen, und allerhand ungereimte Geſetze vorſchreiben, und in deren Verweigerung ſie ſchelten, ſtraffen, auch wohl gar von ihnen aufſtehen, auch die Geſellen, ſo nachgehends bey ihnen arbeiten, aufftreiben und vor unredlich halten, ſollen nicht allein ſolche von denen Geſellen verübende inſolentien, in Unſern Fürſtenthumen und Landen weiter nicht geduldet; Sondern auch in genere ſo wohl von denen Meiſtern als Geſellen, das bißhero offt aus liederlichen Urſachen angemaßte Schelten und Aufftreiben hiemit gäntzlich verbothen ſeyn. Und da die Meiſter über ein und andere ihre Mit-Ambts-Meiſter oder Geſellen, oder auch die Geſellen über die Meiſter ſich zu beſchweren, dieſelbe darunter auff vorgedachte Weiſe ihre eigene Richter nicht ſeyn, ſondern deßwegen bey der ordentlichen Obrigkeit ſich anzumelden, und von ſelbiger Recht und billigmäßige Verordnung zu erwarten ſchuldig ſeyn, die Ubertreter aber mit ſcharffer und nach Befinden Leibes-Straffe beleget werden.

* *Jure peculiari.* Hoc quidem procedit in Statutis ipsorum Collegiorum parti- 35
cularibus. Aliud si per Leges publicas aliud constitutum sit, ubi extranei etiam adventantes socii se Legibus Magistrorum publicis subjicere debent, adeo ut alias commerciorum denegatione magistri illorum eosdem non admittentes coërceri possint. Prout habet Churfürstl. Brandenburgis. im Hertzogthum Magdeburg publicirte Policey-Ordnung de anno 1688. *Cap. XXVI. §. 23. 24.* ibi: Würde sich aber ein Geselle oder Meister oder gantzes Handwerck unterstehen, einen Meister oder Gesellen, als unredlich zu erklären, und auffzutreiben, der, oder diejenigen sollen ohne einige Begnadigung, mit Landes-Verweisung, oder nach Befinden, gar mit Staupen-Schlägen bestraffet werden. Wie denn auch denen Meistern und Gesellen, welche in unsern Landen nicht wohnhafft, noch sich darinn enthalten, und sich des Aufftreibens derjenigen Meister und Gesellen, welche in Unsern Hertzogthum Magdeburg gescholten, oder von Handwerck vor anrüchtig erkläret werden, theilhafftig machen, in Unsern Hertzogthum keinen Handel und Wandel zu verstatten, und da sie darinnen betreten und überführet würden, daß sie mit denen in Unsern Hertzogthum wohnenden Meistern und Gesellen colludiret hätten, sollen sie mit der vorberührten Straffe gleich denen Eingesessenen beleget, und daß solches unnachläßig erfolgen solle, durch ein gedrucktes Edict jedermänniglich kund gemacht werden, welches die Handwercker auff ihre Kosten, an jeden Orth, wo Zünffte und Handwercker im Reiche sich befinden, zur Nachricht zu lieffern, schuldig seyn sollen.

CAPUT III.

Socii, quomodo fiant.

Conspectus.

Connexio adducitur n. 136. 137. 138.
Quaterdenæ opificiariæ n. 139.
Causæ sociorum primariæ & secundariæ indagantur n. 140. & seqq.
Tempus menstruum in operando & discedendo attenditur n. 147.
Magister tribuarius tantum socios promovere potest n. 148.
Dictio zum Gesellen sprechen *explicatur n. 149. 150. 151.*
Gesellen-Braten verschencken *quid n. 153.*
Ritus circa creandos socios explanantur n. 154. & seqq.

Pennalismus abrogatus in Academia Jenensi & Lipsiensi per publicum Programma n. 167.
Vox Hänseln *explicatur n. 168.*
Varii ritus variorum opificiorum recensentur n. 169. & seqq.
Quaritur an socius fiat civis vel incola illius loci, ubi missio facta n. 178.
Ceremonia, qua cum sacris affinitatem habent, recensentur n. 179. & seqq.
Persona & illarum functiones qua in creatione sociorum intervenire debent n. 191. & seqq.
Ritus alii profani recensentur n. 195. & seqq.
Nominis mutatio in creando socio n. 203. & seqq.
Cautela recensentur n. 207. & seqq.
Spectantur ritus illius Collegii ubi actus peragitur n. 214.

THES. I.

PErceptis ita, præcognitorum locô, diversis speciebus, earumque dif-
136 ferentiis, Ordo postulat, ut ad ipsam rei considerationem accingamur. Quoniam autem incidenter *alicubi* dictum fuit, quinimò ipsa rei evidentia docet, in plerisque opificiis gaudere Socios jure peculiaris collegii, Videbimus eos *tum* uti singuli sunt, *tum*, uti corpus quoddam constituunt. *Singulorum* ponderabimus *Ortum, Statum* atque *Terminum*, h. e. modum tum Fi-
137 endi, tum Essendi, tum denique Desinendi. Ad illum concurrunt *Causa, Persona* & *Processus:* intelligendo per Causam præprimis *Efficientem*, quæ species nomine generis in Jure venit, planè uti Prædiorum Jura nomine Servitutum, in *rubr. ff. de Servit.* Et diffunditur in quatuor ramos, *Impulsivam, Principalem, Instrumentalem* & *Moralem.* Sed, alia est, quæ movet ad *producendum*, alia ad *utendum.* Ipsi Tyrones, disciplinaribus annis elapsis,
138 missionem sollicitare non cessabunt, annitentes instar partus maturi erumpere; Cessantibus tamen his Parentes, Cognati, Tutores, ipsorum agent causam, aut Nemine existente, ipsum Collegium intercedet pro puero, ne ultra tempus, seu conventionale seu legale, Magister ipsum detineat, ejus-
139 que salutem impediat. Sed, excipiuntur consuetæ *quaterdenæ*, quas, sicuti non *præliminares* seu probatorias imputant Magistri, ita nec *suppletorias* detrahunt: quod superpondium menstruum his formalibus verbis innuitur: **So hab ich mein Handwerck gelernt/ in der weitberühmten Fürstlichen Stadt N. drey Jahr lang und vier Wochen/ vierzehen Tage zuvor/ und vierzehen Tage hernach/ wie es zur selben Zeit einem ehrlichen Lehr-Jungen wohl angestanden/ oder noch wohl anstehen mag/ rc.** *Fundamentum* autem *movendi*,
140 seu missionem urgendi, aut contractus est, cum Patre vel Tutore de informan-

mando puero, & dimittendo initus; aut ſtatutum, certum Docentes inter ac diſcentes annorum decurſum indulgens. Unde *paulo ante n. 138.* ſpatium hoc in conventionale & legale diſtributum fuit. *Cauſa* autem Sociis 141
utendi, ſeu eos promovendi, daß einer Geſellen fordert/ Neceſſitas eſt, ex negociorum tum multitudine, tum operandi difficultate, ſeu laboris gravitate reſultans, quod nec Magiſter unus iisdem ſufficiat, neque Puer ſive diſcipulus, ob imperitiam vel etiam corporis imbecillitatem, Magiſtro utiliter in eo ſubvenire poſſit: id quod in opificiis diffuſis atque operoſis, præſertim Fabrilibus regulare eſt; ſed tamen ad alia, majoris commoditatis cauſa extenſum. Cauſa *Effic. Principalis*, Mores opificiarii ſunt: Rationa- 142
biles an irrationabiles, jam non vacat excutere. Ipſa quidem Miſſio Magiſtrorum, ac Declaratio etiam Veteranorum, ad rationabiles poterit referri; ſed ritus apud quosdam barbari, nomineque Chriſtiano indigni, meritò ad irrationabiles, ac propterea reprobatos, & à Rep. benè conſtituta eliminandos referendi. Sed de his, quantum ad præſens inſtitutum, *inferius, n. 154. ſeqq.* Argumentum autem integrum, pertinet ad totius operis partem communem ubi de Conſuetudinibus opificiariis. *Cauſa* Sociorum 143
ſecundaria & legibus ſubordinata, tam Magiſtri ſunt, quam ipſi etiam Socii, Factitii nim. ſeu Veterani, quos *ſup. n. 54.* diximus formaliter tales. Utrinque tamen diverſum obſervaveris tam *Modum*, ejusque appellationem, quam *Effectum*. Nam Magiſtri, ſimplici dimiſſione funguntur, atque adeò ſolum negative ſe habent, manum retrahendo, miſſos ſibi relinquendo; Veterani autem, ſolenni Sociorum Dictione, ſtatum etiam poſitivum 144
conferunt, in conſortium ſuum aſſumendo Novitium, adhibitis ritibus ac ceremoniis, nec non conceptis in hanc rem, compoſitisque ſolennibus formulis; Unde illud vocatur Miſſio, das Lohsgeben/ ein Freyſprechen. Hoc verò Socii-dictio, zum Geſellen Sprechen. Unde ſequitur, quòd, quos 145
Magiſtri miſerunt, omnes quidem nomine Sociorum, materialiter ac generatim accepto veniant: In quibus tamen opificiis Veteraniſmus, Sociorum factitiorum viget, ibi noviter miſſi tales neutiquam reputabuntur, Niſi & cum Veteranis illis transegerint: Quos contra Veterani recognoſcunt, illi ubique locorum & collegiorum, tam à Veteranis quam Magiſtris, etiam tales æſtimantur, Vincunt enim Veteranorum creaturæ, entia Magiſtrorum dignitate; ſed hæc, numerò & multitudine illas ſuperant: Quoniam, à Magiſtris ſunt omnes, etiam Veterani, quanquam mediatè. *Diverſitatis* 146
ratio eſt, quòd Veterani neminem admittunt, niſi & à Magiſtris antè miſſum; adeoque exiſtimationi Magiſtrorum nihil decedit, dum omnes per

manus

manus ipſorum tranſiviſſe oportet, ſuntque illi autores in univerſum omnium; nempe materialiter acceptorum revera, naturaliter & immediatè; ſed formaliter talium, ſeu Factitiorum mediatè. Nam horum cauſa proxima & naturalis, Veterani invicem ſunt; Magiſtri autem, cauſa occaſionalis & *moralis*, *ſine qua non* poſſent Veterani aliquid efficere, Nam Magiſtri antè præparant illis materiam, per miſſionem Tyronum.

ANNOTATIONES.

147 * *Menſtruum.* Atque tale etiam tempus in operando & diſcedendo attenditur, prout habent Statuta Collegii Linificum Dornburgenſium *Artic. XIX.* ibi; Wenn ein Geſelle bey einen Meiſter in Arbeit ſtehet, der ſoll von demſelben vor Ausgangs vier Wochen nicht aufſtehen, und ſich zu einen andern einſetzen; Es ſoll ihn auch kein Meiſter födern, er habe denn auſſerhalb dieſen Ampt und Stadt vier Wochen gewandert, bey Straffe des Handwercks.

148 * *Magiſtrorum.* Nemo autem Magiſtrorum ſocios promovere ac facere poteſt, niſi qui *Tribuarius* ſit, & artem ſive opificium legitimè didicerit. Hinc opificiarius, qui apud Magiſtrum Opificiarium zünfftigen Meiſter non didicit, licet certa pecunia tribum redemerit, ſich in die Innung erkaufft, operas quidem opificiales exercere non prohibetur, ſocios tamen facere nequit: Uti declarat Reſponſum Scabinatus Hallenſis Menſe Octobr. 1647. ad requiſitionem Lazari Römers Seiffen-Sieder zu Halle. Verb. Dennoch dahero, daß er das Seiffen-Sieder-Handwerck niemals gelernet, noch dergleichen ausgeſtanden und gefertiget hat, nicht verſtattet werden, daß er Meiſter-Recht gebrauchen, zur Laden kommen, Geſellen fördern, und Lehr-Jungen annehmen möge.

THES. II.

149 Habuimus Figulos, *ſequitur* Lutum; ſeu *Materia ex qua* formantur Socii. Et Factitii quidem proximè ex Junioribus gignuntur, de quibus *Cap. prox. præced. n. 78.* Hi ipſi autem de Tyronibus exſurgunt: qui quales ſint, ex profeſſo jam dictum; quorſum & brevitatis gratiâ, ne actum agemus, remittimus; transeuntes ad caput huic tractui convenien-
150 tius, quô modô Socii fiant. Et ut à denominatione actûs inchoëmus, *Socii-dictio*, zum Geſellen ſprechen; ſumtâ voce DICTIONIS pro certo ritu, atque ſolenni enunciatione cujusdam rei, per formulas ad hoc conceptas; ſicuti Stipulationis verba ſolennia erant: Spondes? ſpondeo; Promittis? promitto. Fide promittis? fide promitto.
151 Fidejubes? fidejubeo. Dabis? dabo. Facies? Faciam. Sic *Dotis-dictio*

apud

apud Romanos actus, ritusve erat, quô bona uxoris separabantur, certæ portioni peculiaris qualitas imprimebatur, idque suâ formulâ pronunciabatur. Nisi, quod nulla interrogatione vel stipulatione præcedente promitteret. Cujusmodi dictione has duntaxat tres personas, Mulierem videl. Debitorem ejus, Parentem item virilis sexus, obligari dum potuisse, Ulpianus *Instit. Tit. 6.* & Gajus *Instit. Lib. 2. Tit. 9.* scribunt. Posses germanicè reddere den Außspruch: quô termino etiam Jus Lubecanum, *p. 2. T. 2. a. 33.* ibique Mev. *n. 33.* sed in alia materia utitur. Alio modò per integram phrasin, dicitur Assam Socialem elargiri, den 152
Gesellen-Braten verschencken: ab Epulo, quod regulariter Societati exhibetur: licet aliæ insuper accedant expensæ, nec non Ceremoniæ; à potiori tamen fit denominatio; sive, quod ritûs non usque quaque rationabiles malint occultatos, sive, quòd Assa seu Epulum, sit cardo & Terminus rerum, atque id, propter quod coetera fiunt. Ritûs quod 153
attinet, pro Opificiorum quidem diversitate variant, atque modò Acuendi, Schleiffen/ uti apud Doliarios, modò Dolandi, ut inter Scriniarios, hobeln/ modò alio nomine exprimuntur: Isthuc tamen redeunt, quòd novi statûs Candidatus variis coram Spectatoribus ex Societate, & Hospitibus invitatis exagitetur vexationibus; quibus & actui major solennitas concilietur, constans rei memoria fundetur, & coetui qualecunque spectaculum & fabula exhibeatur.

Quos ritûs paulò altius licebit repetere: neque enim origo demùm cum ipsis emersit Collegiis, seu, ex quo opifices, concessis statutis ac privilegiis, peculiaria corpora esse ceperunt; Verùm longè ante illam conditionem, his atque aliis artificibus ac professionibus usitati fuerunt. Nam neque Philosophos veteres ullum in disciplinam suam recepisse, Nisi ingenium, naturam & mores antè diligenter explorassent, ut de Pythagora & Aristotele, Gellius *Lib. I. N. A. cap. 9. & XX. 4.* autor est. Apud Ebræos Essæi, neminem in suum collegium adsciverunt, 155
qui non bienniô signa patientiæ, more monachorum quorundam dedisset, atque jurejurandô confirmasset, Justitiæ se cultorem fore, uti refert Eusebius *ex Porphyrio.* Erant in Berytensi Academia Ludi tales quoque Scholastici, quibus Novitii tam docentes quam discentes excipiebantur. Unde Peanalismus creditur ortus, de quo videl. cum Depositione eum comparantem Limn. *J. P. Lib. 8. cap. 6. n. 20. p. 60.* cui add. Dn. Marqv. *de Jur. merc. sing. L. 3. c. 2. n. 36. p. 379.* Nim. In Germaniæ quibusdam 156
Academiis receptus hactenus mos fuit, Depositionis quem vocant, quô,

F remo-

remotô Beanismô, ad nomen, statum & privilegia Studiosorum partici-
panda via sternitur: consuetudine in tantum firmatus, ut quidam per-
suasum habeant sibi, Studiosi nomine indignum esse, qui ita non sit ini-
tiatus, de quo quid sentiat B. Dn. Limn. vid. *Jur. publ. L. VIII. c. 6. n.*
157 *19. seqq.* Sed à Philosophis & Literatis transiit hic mos ad Patresfam. &
Oeconomos, qui in manumissione servorum, in emancipatione libero-
rum, varias circumagitationes, alapas, baculique inflictiones usurpa-
bant, quæ omnia Injuriosa rhapismata, Justiniano audiunt, in *l. f. C. de*
emanc. lib. conf. *Nov. 81. Proœm.* quæ Claudianus *Lib. de Consulatu Honorii,*
Gratum Ictum vocat, felicemque injuriam; tanquàm eâ ad libertatem
quis ducatur, ac libenter toleret nunquam redituram injuriam. Hinc
deductum esse opinatur Rosinus *Lib. I. antiq. Rom cap. 20. pag. m. 174.*
eum morem, quem hodie observant Nobiles atque alii Domini poten-
tes, donantes servos jure Gestandi Arma, quod nostra lingua dicitur,
wehrhafft machen: cujus moris meminit etiam Tabor. *armam. Justin. cap. 4.*
158 §. *8. p. 71.* Henel. *otii Uratislav. cap. 51 p. 444.* Notandum hîc: Nobilium
quondam filios appensione scuti, galeæ impositione & accinctione ensis,
in equestrem dignitatem fuisse allectos: Ministros illis adjunctos, alapa
& gladio in Jus arma ferendi exceptos. Non enim cuivis licitum erat
arma portare: quorsum facit Constitutio Friderici *I. 2. f. 27. de Pace te-*
nend §. *5.* Otto Frising. *Lib. 1. de vita Friderici cap. 13.* Nunc moribus Jus
arma ferendi æquô Jure Nobilibus conceditur atque servis, Id quod
vulgò dicunt wehrhafft machen. Qui tamen mos in Nobilibus Princi-
pum pueris denen adelichen Pagien/ aut solis retentus, aut majori cum
159 solennitate celebratur. Sic Equitum auratorum creationes plerumque
inter Coronationis solemnia ab Impp. fieri solent, percutiendo eos su-
per scapulas aut dorsum, gladio Caroli Magni. Usitatissimum fuit, ut
Nobiles aliique ex Militibus primariis, pridie prælii, vel paulò ante præ-
lium ineundum, ense strictô ter in caput percuterentur, ut animosiores
fierent, ut ita Equites aurati designarentur. Hoc faciebant etiam quan-
doque Episcopi. Wigulejus Hund. *in Metropoli Salisburgensi Tom. I. fol. 22.*
160 In Anglia, flexis genubus educto gladio leviter in humeros percutiun-
tur, eosque Princeps Gallicis verbis in h. m. alloquitur: Sois Cheva-
lier au nom de Dieu: quæ forma Equitis creandi in Anglia, Saxonicô
tempore, qui tum vixit, Ignulphus ostendit verbis prolixioribus, quæ
recitat Besold. *Thes. pract. verb. Ritter. p. m. 250.*
161 Secuti Mercatores, similem adversus novitios vel etiam extraneos
intro-

introduxerunt morem, ac certos ludos aliaque exercitia instituerunt, ut nisi prius ludum mercatorium quis colluserit, h. e. nisi ridiculus esse, plagas, balneum, suspendium, fumum, ustulationem & nescio quæ præterea tormenta alia, nonnunquam cum vitæ periculo perpeti voluerit, ac perpessus etiam sit, in numerum mercatorum neque recipiatur neque privilegiis frui permittatur, quantumcunque annos Tyrocinii compleverit, artemque probè didicerit: conf. pluribus hæc explicantem sup. laud. Marqv. *de jur. merc. sing. L. 3. c. 2. n. 31. seqq.* Kirchner. *de Republ. diss. XV. hypoth. 1. lit. a.* Iidem Mercatores alium morem initiandi ha- 162
bent, quem dicunt Hänseln; & quidem ut puto, â receptione in Hansam Teutonicam, qui nec ipse contingit absque injuriosa recipiendi tractatione, sic ut vexatio in proverbium abierit, ein Hänsigen an einem haben. Sed resedit tandem apud mercatores mediocris conditionis, mediterraneos; Imò defecit ad Aurigas. Atque res ita se habet: Merca- 163
tores, si quem itineris comitem, ad nundinas præcipuè, habent, cui antea hæc neque visa nec trita est via, solent eum præviis aliquot ludicris ceremoniis suam in Hansam suscipere, pflegen ihn zu Hänseln / quod Neostadii ante sylvam Thuringiacam exercere consuevisse, Limnæus *de Jur. publ. Lib. IIX. cap. 6. n. 13.* testatur, atque insuper alius loci morisque, per lapidem perforatum perrependi, prope Isenacum, recordatur. Sic & exteri negociatores, nundinas hebdomatarias Ienenses frequentare solitos, oportuit annuam pensionem, aut semel pro semper aliquid pendere, quod vocatum fuit der Hänsel-Groschen. Aurigas quod atti- 164
net, fecerunt illi terminum hunc Hänsellationis sibi quasi proprium, dum Primicerium suum, Hänsel-Meister / &, quæ pro receptione in collegium suum pendenda est, Pecuniam, Hänsel-Geld: Actum ipsum receptionis seu initiationis, das Hänseln adpellant. Ita enim sonant verba suæ conventionis, quam, in vim statutorum confirmandam *d. 28. Junii 1641.* Senatui exhibuerunt: *Artic. I.* Alle und jede / so allhier mit Pferden ꝛc. auch alsobalden 1. Reichs-Thaler und 3. Schillinge andre Gebühren / Hänsel-Geld / wie an andern Orthen auch bräuchlich ꝛc. *& art. 2.* demnach auch die gantze Gesellschafft zu gewisser Zeit des Jahrs uff dem Burg-Keller / oder in des verordneten Hänsel-Meisters Behaussung / oder wo es ꝛc. nec non *Artic. 18.* ibi: sollen alle schuldig seyn / vor der Gespahnschafft zu stehen / und sich Hänseln zu lassen. *& in appendice d. 8. Martii 1667.* verb. daß hinfort kein Fremder / so allhier nicht Bürger und gehänselt worden. Depositionem Academicam imitati sunt Typographi, qui 166

ex his, quos Cornutos vocant, Socios Factitios seu Veteranos facturi, eosdem ferè ritûs jocosos inde mutuati observant: sive, quòd cum academicis quotidie conversantes, moribus eorundem adsuescant, sive, quòd cives academici esse soleant, ac locum Studiosis proximum prætendant. Drama in hanc rem composuit Nobilissimus ille Ristius, quôd, uti publicis prostat typis, videri potest.

ANNOTATIONES.

167 * *Remoto Beanismo*. Placet hic inserere Programma publicum, quo Pennalismus proscriptus, profligatusque est in Academia Jenensi; Quod cum ad illustrationem hujus pertineat, non tamen in omnium versetur manibus, ita verba illius relata sonant: Rector & Senatus Academiæ Jenensis L. S. D. Annus nunc agitur quartus decimus, ex quo Bacchanaliorum illas ferias furibundas, in Deum ignominiosas, ex idolomania gentili in Christiani gregis cœtum, Satana auctore ac ductore, illatas, ac seculis non paucis à variè larvatorum, personatorum, cornutorum, auritorum, rostratorum, nasutorum, caudatorum, & quid non monstri, belluæ, bestiæ, *schematis* fœdissimi? indutorum, turba cum alibi, tum heic quoque celebratas, post iteratas annis præcedentibus ferias nostras admonitiones, mandataque Serenissimorum Academiæ Nutritorum severissima, tandem juventus nostra studiosa melioris genii instinctu profligavit, & ab hac pietatis, honestatis, modestiæque officina procul abesse jussit, nec ex eo tempore unquam adscivit rursus aut admisit. Meritò propterea Salanæ nostræ, & nobis ipsis nos hodieque, & quis non bonus nobiscum? gratulamur; divinæque Majestati, à qua omne bonum & donum perfectum, gratias habemus atque agimus; ex imis cordis penetralibus supplice precantes voce, ut ulterius hanc nostræ juventuti mentem servet, eamque spiritu suo cœlesti regat ac ducat, ne unquam infernalis serpentis suggestionibus ad bacchantium insaniam seduci se iterum patiatur.

Utinam verò eandem mentem in alio Satanæ fœtu, qui vulgo PENNALISMI nomine venit, exstirpando, & ad orcum, unde prodiit, propellendo ac relegando, pridem pariter induisset! Sed enim tantum abest, ut id factum sit, ut potius magis magisque, sive veteranorum studiosorum, sive ipsorum Novitiorum, (utrobique bonos inter eos excipimus) contra toties repetita & publicis chartis expressa atque affixa cum Serenissimorum Principum, tum nostra Senatus Academici interdicta severa, ac delinquentium punitorum exemplis haud paucis quasi stabilita, molitiones ac patrationes frequentes in memoriam revocentur, *Pennalisandi* illam petulantiam

am crevisse, videamus. Quæ res ut tanto clarius appareat, utque perspiciant omnes, adeo nunquam hunc animum aut Serenissimis Academiæ Nutritiis, aut nobis fuisse, ut foveremus malum hoc pestilentissimum; ut modis omnibus exstinctum penitus ac exstirpatum utrique iverimus: rem paullo altius, & ab ovo, quod dicitur, repetemus.

Cumprimum hæc labes ante hos annos quinquaginta, & quod excurrit, ex vicinia huc illata, (quæ tum intra *Vocationum*, ut appellabantur, Convivia, à lautioris fortunæ adolescentulis, è scholis atque gymnasiis huc studiorum causa accedentibus, per gulones quosdam ac lurcones singularis comitatis specie exigi solita, subsecutaque convitia, verbera, varias exagitationes, vestiumque, librorum, aut & aliarum rerum, tanquam pignorum, ereptiones, constitit) Academiam hanc infecisset; confestim ei publico programmate obviam itum, istisque *septemviris Epulonum* sub interminatione *pœnarum, quas delictis gravissimis irrogari moris est*, (verba sunt Edictorum Academicorum, quibus deinceps certas ob causas subinde utemur) imperatum, *aut è vestigio resipiscerent, aut ad sui similes, illamque officinam, è qua scitus ille Pennalismus prodierat, se reciperent*: addito, *superbiam, fastum, rusticitatem & mores incompositos Novitiorum Studiosorum*, (quæ illi hoc pacto corrigenda esse clamitabant) *non ab his asotis & acolasticis, qui ipsi scaterent ulceribus, sed à Magistratu & Præceptoribus, quibus ferocioris adolescentiæ emendandæ cura incumbat, corrigi debere.* Cumque sub initium anni subsequentis nonnulli, spreta Magistratus auctoritate, Pennalisticas actiones exseruissent, ac partim & tueri, conspiratione inter se inita, ausi essent; haud pauci à corpore Academico ad aliquot annos penitus abscissi sunt; ut his *pœnarum exemplis intemperies* illa *summa, rabies bellnina, impietas extrema, & sentina ac cloaca omnium flagitiorum*, (his enim elogiis Pennalismus jam tum ornabatur) *in prima quasi herba suffocaretur.* Neque sine fructu res fuit. *Visa* enim *est mali hujus ferocia & violentia nonnihil* ex eo tempore *deferbuisse*; adeo ut Anno hujus sæculi XLIX. (cujus initio primum illud, quod memoravimus, Interdictum iteratum fuerat) finiente, *non jam*, ut antea, *Novellos Scholasticos ad tragœdias epulasque Pennalisticas minis adigi cogive*, sed *sponte hoc onus suscipere; nec pugnis dedolari pedibusque proculcari, sed jocis lepidis, & salibus humanissimis amicè de morum emendatione, & exuendo fastu Pennalistico moneri* ferretur. Sed quoniam sic quoque *rem ipsam, quæ dudum in Pennalismo fuerat, manere, ac tantum melle quodam venenum hoc illini, lupo ovillam, asino leoninam pellem, & meretricula olidissima honesta mu-*

næ habitum indui, Patres Academici deprehenderent, denuò juventutem scholasticam admonuere, *hoc ut virus & venenum odisse tandem & obedientia sua deprimere inciperent*; addito præclaro, & quod eventus verissimum esse docuit, epiphonemate: *Nunquam sospites & salvas fore Scholas, nisi lues hæc pestilentialis sublata fuerit.* Simul iis, qui Academicæ jurisdictioni suberant, denuntiarunt, *se omnes Pennalismi architectos certo malam in rem relegatione publica abacturos; neque morari eorum abitum, qui hoc ab amaraco porcino muscosas abstinere nares non possint, sed piperis grana pauciora longe pluris, quam multa papaveris semina facere.* Qui animus utinam & hodie multis esset, quibus potior est frequentia hominum sceleratorum, quam pauci virtuti bonisque moribus dediti! Nihilo tamen secius paucos post annos denuo malum hoc adeo invaluit, ut A. C. CIƆ IƆ CXXIII. d. IIX. Octobr. Patres Academici cum viderent, parum profici exemplis eousque in delinquentes editis, necessarium duxerint enumeratis, prolixe publico programmate malis, morbis & detrimentis, quæ Pennalismus, (tanquam *in cujus Camarinam, lernam, Avernum, & lacum Asphaltiten quicquid vitiorum est ac flagitiorum, quicquid facinorum & scelerum, confluxerit*) complectitur, graviorem delinquentibus pœnam constituere; hanc scilicet, ut non solum *eos omnes, qui Pennalismum foverint, aluerint, auxerint, servarint, relegatione publica submoturos se, nulla vel intercessionis vel commiserationis ratione habita; profiterentur:* sed etiam *typis evulgare velle omnia Relegationum programmata, & eum in patrias eorum terras, qui hanc luunt pœnam, tum in vicinas Academias mittere, ut his à serpentibus Libycis, scorpiis, viperis, Draconibus, omnes boni mature sibi cavere discant.* At successu tam parum prospero, ut mox ipsi Illustrissimi Celsissimique Principes, Academiæ Nutritii, auctoritatem suam interponendam arbitrarentur. Proinde Illustriss. Dux ALBERTUS loco & nomine Illustriss. Ducis JO. ERNESTI Junioris, tanquam Domini Territorii, Principisque regentis, promulgato A. CIƆ IƆ CXXIII. d. IX. Decembr. Edicto Germanica lingua conscripto, post enarratas varias actiones pennalisticas, conquestus *ingens ob eas odium famamque sinistram Academiæ huic conflari, qua moti Parentes haud pauci, liberos suos aut nolint hùc studiorum caussa ablegare, aut ablegatos quantocyus avocent*; severe edixit, *ne quis Studiosorum Novitium ullum odioso, scandalique ac contemtus pleno, & Studiosis omnibus ipsisque literarum studiis maxime ignominioso, ac haud dubiè ab hoste studiorum ac virtutum Diabolo ex Orco producto, impediendisque & supprimendis omnibus artibus ac disciplinis salutaribus comparato* Pennalismi, *aut ejus mo-*

neta

neta aliis cognominibus, clam palamve traduceret, contemtui haberet, offenderet, oneraret: aut ejus amoliendi caussa convivium ullum quocunque prætextu exigeret, extorqueret, eive interesset; neve quis convictores aut ædium suarum incolas studiosos ea in re ullo modo adjutum iret: sed ut Cives Academici omnes, ac Studiosorum hospites alii, quotiescunque tale quid eos conari aut agere compererint, dehortarentur, præmonerent, & si obsequi nolint, rem evulgarent, ac superioribus quacunque ratione possent, significarent; Qui secus fecerint, pro ratione personarum, facultatum, delictorum, gravem Principum indignationem, ademtionem privilegiorum, beneficiorum, munerum, honorum, pœnam relegationis publicæ ad annos aliquot multos, aut etiam exclusionis, carcerem, exilium, pœnam corporalem, & ratione sumtuum ac impensarum pœnam quadrupli, indubie incursuros: utque tanto certior sit executio, captivos ad aulam Principis deducendos, spe omni intercessionis aut remissionis præcisa. Quo quidem Illustriss. Principum zelo, providaque Senatus Academici cura, & severa animadversione, effectum est, ut *illa Adnovitiorum exagitandorum prurigo ex parte exstirpata* fuerit; usque dum circa A. CIƆ IƆ CXXX. *quidam rursum excitare eam & viis antea nec tritis nec auditis reducere ex averno moliti sunt.* Quorum tamen molimina mox sunt prohibita publice. Intervenere paullo post, bello in his quoque oris coorto, ea tempora, quibus mirum nemini videri debet, disciplinam publicam hac quoque parte sic corruisse, ut Senatus Academicus consultum existimaret, post edita aliquot in Pennalisantes exempla, Anno CIƆ IƆ CXXXIIX. d. XI. Martii, recensitis denuo variis *effrenis petulantiæ Pennalisticæ criminibus, fructibusque*, edicere, *se ex hac Academia hanc pestem, hanc calamitatem, hoc probrum profligatum omni conatu ituros, illosque Pennalismi architectos & auctores certo Relegatione publica, vel etiam perpetua exclusione, abacturos, ab ejusque decreti exsecutione nec ullam gratiam, nec ullam cognationem & affinitatem, nec ullas munerum corruptelas se avocaturas.* Cujus quidem Edicti is fructus fuit, ut proximo triennio *Academia nostra gratulari sibi de infamium illarum actionum Pennalisticarum à se quasi exilio videretur.* Quæ tamen mox, Anno CIƆ IƆ CXLI. à quibusdam maleferiatis ex Orco revocatæ, ac, frustra obnitentibus nobis, eousque invaluerunt, ut A. CIƆ IƆ CXLIV. ineunte, orto ob eas insigni tumultu, de quo paullo post, Sereniss. Principibus, Academiæ Nutritiis clementissimis, justa conquerendi caussa nasceretur, *Studiosos, qui tum hic loci vivebant omnes, paucorum maleferiatorum instinctu, Pennalismum, cui unus alterque antea non nisi clam addicti fuerint, nunc in hanc Academiam quasi*

quasi auctoritate publica inaudito modo introduxisse, adversantes huic instituto suo pro infamibus habere, ac summa vi persequi, ejusque rei caussa certas confederationes, Deo & legibus repugnantes, iniisse, ac magistratui ordinario, posthabita jurisjurandi religione, debitum, honorem & obsequium palam denegare. Sed huic quoque malo cum eorundem Sereniſſimorum Principum ſevera mandata, tum Sereniſſ. Ducis WILHELMI, Patriæ Patris indulgentiſſimi, præſentia, medicinam attulere, adeo ut per annos proximos tres furor ille non parum remiſerit. Qui tamen mox, ſatanæ haud dubie, ſaluberrimis, quæ tum de pace Germaniæ reddenda agitabantur, conſiliis in novos, credo, furores acti, inſtinctu, majore cum impetu rediit.

Anno enim CIↃIↃCXLVII, & qui proxime ſecuti ſunt, non ſolum *Pennaliſticas Veteranorum actiones* repullulaſcere, hoc eſt, Juniores, aut qui ab illis Academiis, à quibus Pennaliſmus exulabat, huc ſtudiorum cauſſa conceſſerant, contumelioſis nominibus appellitari; tanquam nondum capaces privilegiorum Academicorum alto ſupercilio deſpici; *Studioſi* appellatione indignos, & veluti catharmata publica, haberi; injuriis ac contumeliis affici, verberibus coerceri, pecunia emungi, libris veſtibusque ſpoliari, ad Convivia, cum alia tum *Abſolutionis*, ut vocantur, (ſine quibus nemo, iſtorum Cœnipetarum ſententia, *Studioſi* nomen poterat conſequi) exhibenda adigi, ad omne genus ſervitia, etiam turpiſſima, cogi, denique plane ut ſubditos, immo ut ſervos, haberi, vidimus: ſed etiam *novum*, idque non minus deteſtandum, *Pennaliſandi genus* ex eadem, qua prius illud, officina prodiit. Ipſi enim *Juniores*, & qui nondum annum in Academia exegerant, præſertim qui ſe *Abſolutos* vocabant, Veteranorum exemplo excitati, jam & ipſi alios, recens Academiam, & poſt unum alterumque menſem, quam illi in eandem venerant, ingreſſos, inque certos *Vulpium*, *Aſinorum*, ſimileſque gradus alios, pro diverſo ſeptimanarum, quibus in Academia vixerant, numero diſtributos, non ſolum privatim, & extra oppidum, ſed in plateis publicis, in foro, immo, (quod plane abominandum) in templo, interque ſacra ipſa & divini Numinis cultum, exagitare, cachinnis excipere, contumeliis afficere, interdum & talitros colaphoſque illis impingere cœperunt. Ac ne quis *Novitiorum* injuriis eorum ſe poſſet ſubtrahere, peculiaris illis in æde ſacra locus aſſignatus eſt; in quo, tam præclaris ſcil. ritibus initiandi, comparere coacti, quicunque recens in Academiam venerant. Heic tempus omne ſacro cultui deſtinatum, diſcurſationibus, confabulationibus, ſuſurris, cachinnis, verbis ſcurrilibus, omnique petulantiæ genere, ſæpe & clamoribus ac rixis, conſumtum. Quod

ſi in propinquo adſtantes adſidentesve cives honeſtiores, tam effrenem petulantiam deteſtati, Exagitatores dehortarentur, utque ad ſacra & conciones adverterent animum, rogarent: eadem in illos probra, eadem convitia jaciebantur. Paria, immo atrociora, in foro & in ipſa hominum è rure & viciniis oppidis adventantium celebritate perpetrata: ne tam pulchræ comœdiæ etiam peregrini ſpectatores deeſſent. Poſt haſce tam egregias initiationes in ſuburbia & pagos itum: ubi eorundem miſellorum ſumtu ſtrenue potatum, ipſi vero omne genus contumeliis probrisque vexati, ſæpe & talitris colaphisque excepti; & ne quid ipſorum injuriarum expers eſſet, ſcisſi perforatique pilei, dilacerata veſtimenta: aut cum illi, tum hæc, cum vilioribus permutata. Cæterum hæc omnia cum in publico factitarent petulantiſſimi juvenes? quantum injuriarum iisdem miſeris *Novitiis* in abdito, intraque privatos parietes, illatum putatis! Tot igitur injuriis obnoxii cum vereri haberent, ne, quoties in publicum, præſertim ad illa ſolennia, quæ diximus, loca prodirent, ultra modum vexarentur; *Patronis* opus erat, qui durius atque inhumanius habitos defenderent, ac prodeuntes in forum, in templum, in Collegium comitarentur. Lecti igitur, qui patrocinium eorum ſuſciperent, vetuſtiſſimus quisque ac audacisſimus *Juniorum*; ſeu potius pecunia, muneribus, compotatiunculis emti ſunt. Unde nova compotationum genera, & inter exagitatores ac Patronos, quoties aut illi exagitando, aut hi defendendo modum videbantur excedere, jurgia, injuriæ, verbera, provocationes, digladiationes, vulnerationes, & infinita hoc genus mala alia. In utroque vero Pennaliſandi genere, tam antiquo, quam novo, iis omnibus, quibus tot injuriæ perferendæ erant, ſevere, & ſub comminatione infamiæ, ac crudeliſſimarum perſecutionum, interdictum, ne quis Magiſtratus Academici opem imploraret: aut ſaltem ſic enuntiaret injurias ſibi illatas, ut in notitiam ejus pervenire poſſent. Etſi interim ad ea quandoque facienda ferendaque cogebantur, quæ nec aures caſtæ audire narrata, nec pudici oculi legere ſcripto conſignata ſuſtineant: quæque proinde verendum erat, ne, ſi impune ferrent eorum patratores, gravisſimam divini Numinis iram in Academiam univerſam provocarent. Quid verò ad hæc omnia Sereniſſimi Academiæ Nutritii? quid Magiſtratus Academicus? Num tota mole irruentem barbariem admiſerunt? num malum peſtilentiſſimum radices agere pasſi ſunt? Non ſane ſed Illi quidem, pro incomparabili ſua ac plusquam paterna publicæ ſalutis rerumque Academicarum cura, ſubinde magiſtratum officii commonere, utque adoleſcenti & jam robur acquirenti Pennaliſmo ſumma vi obniteretur, hor-

 tari:

tari: Hic verò, memor officii, nunc crebris ac pæne annuis Edictis, nunc severa animadversione & frequentibus exemplis pro virili sua obsistere: adeo ut non deessent, qui interdum nimii rigoris eum accusarent. Et tamen sic quoque parum aut nihil ad rei summam profectum est. Quod cum sæpius laudati Serenissimi Principes animadvertissent, missis ante ex utroque Consiliariorum ordine, qui Academiam viserent ac ordinarent, in *Novis*, ut vocantur, *Statutis*, anno ∞ IↃC LIII. conditis, hoc quoque constituerunt, *ut quicunque actionum pennalisticarum auctores exstiterint, nulla personarum, stirpis, vitæ antea bene actæ, aut eruditionis ratione habita, non solum publica relegatione ad aliquot annos plecterentur, sed etiam, ut caussa relegationis dispalesceret, exempla ejus typis descripta ad ejus loci magistratum, unde relegati oriundi, aut quem parentes illorum propinquive incolunt, transmitterentur: Quod si præterea & libris, aut vestibus, aut quacunque re alia, Novitios Studiosos spoliaverint, vel corpori ac sanitati eorum damnum dederint, ad ablatorum restitutionem haud tantum, vel certo pretio redemtionem, omnisque damni refectionem adigerentur, sed etiam cum infamia in perpetuum relegarentur: Qui vero non auctores quidem fuerint, socios tamen illarum actionum sese præbuerint, in eos privata relegatione animadverteretur: Utrique verô sumtus restituere cogerentur. Si quis insuper casu ad eas accesserit, sic tamen ut damnum ipse nullum dederit, carcere aliove modo, ut exemplo sit aliis, puniretur:* Additum, *à vicinis quoque Academiis petituros Principes, ne publice relegatos intra annum, nisi testimonio emendatioris vitæ munitos, recipiant. Nec quenquam eorum, nisi præscitu ac consensu Principum utriusque lineæ in gremium Academiæ recipiendum.* Denique *suas quoque pœnas manere illos, qui vel in ædibus suis pennalisationes permiserint, vel conviviorum apparatum juverint.* Idque statutum non solum bis quotannis, cum novus Academiæ Rector præficitur, publice hucusque recitari solitum: sed etiam summa illius, tum paullo ante, quam publicaretur cum reliquis, tum postea Ann. ∞ IↃC LV. ac denuo Ann. ∞ IↃC LVII. publicis programmatis studiosæ juventuti significata est. In delinquentes autem crebro, & quoties deprehensi sunt, pro gradibus delictorum, relegatione sive publica, sive privata, carcere, modisque aliis animadversum. Eo quidem, DEO conatibus nostris benedicente, successu, ut illa, qua Pennalismus olim potissimum censebatur, *Veteranorum* in Juniores exercita tyrannis, hisque illatæ injuriæ, reales pariter ac verbales, primo non nisi furtim exercerentur, mox omnino, aut saltem maximam partem, & inter plerosque, cessarent. Mansit tamen *contemtus*

temtus

temtus Juniorum, ac pessimus ille mos, quo nemo quisquam, ac ne quidem illi qui unum alterumque, aut etiam complures annos in Gallicis, Danicis, Suecicis, Belgicis, aliisque exteris, partim & Germanicis, Academiis (quæ omnes Pennalismum nunquam admiserunt) exegerant, honorifico *Studiosi* nomine digni sunt habiti, nisi Pennalismi legibus se subjecissent. Plane tanquam ab istorum maleferiatorum arbitrio penderet; ut aliquis privilegiorum Academicorum, à Sacratissimis Imperatoribus concessorum, particeps esset. Mansere proinde & *Convivia Pennalistica*, cum *Accessus*, ut vocantur, tum *Absolutionum*, sed alio plerumque prætextu quæsito: immo (quod tanto promtiores ad ea instruenda Juniores nunc erant, quanto paucioribus injuriis obnoxii) sumtuosius multo, quam antea, facta, ac eo interdum cum ferculorum, tum præsertim bellariorum scitamentorumque apparatu instructa sunt, cujus nec personas Illustres, ipsosque adeo Principes pudere posset. Denique & *Jurisdictio* mansit, pridem in Juniores usurpata; eò jam retentu facilior, quod hi beneficii, quod modo diximus, memores, sponte illorum jugo se subderent, dominos agnoscerent, privilegia ab illis supplices peterent, illorum, quam magistratus Academici, jussa (cui tamen sacramento se obstrinxerant) potiora ducerent, denique penitus ab eorum nutu penderent.

Tantum igitur potentia aucti Veterani palam in cœtus & conventicula coire; Comitia habere; leges sancire; Decreta condere scriptoque consignata promulgare; de caussis & controversiis inter se suosque natis, quandoque & jurisjurandi necessitate testibus imposita, cognoscere; jus dicere; pœnas, ipsamque adeo infamiam, irrogare ac remittere; præmia largiri; concionem cogere; militem educere; ad summam, ferme nihil eorum non audere atque peragere; quæ à summis potestatibus soli sunt magistratui concessa.

Juniores autem, tam clementi sub imperio, versis, ut solet, in majorem licentiam, quæ sibi à Veteranis indulta fuerant, in omnem petulantiam soluti, non satis habere, si sui ordinis adolescentes modis, quos supra recensuimus, insectarentur: sed ulterius progressi, nunc sexum muliebrem non in foro tantum, & in plateis, sed in æde sacra, præsertim in solennitatibus nuptialibus, probris & convitiis incessere, verbis obscœnis & scurrilibus ab auditu verbi divini reliquoque cultui sacro avertere, intrantibus, exeuntibusve præcludere viam, pedibusque insidias struere: nunc in foro ruricolis insultare, esculenta, quæ venum attulerant, eripere, querentes de injuriis contumeliis plagisve excipere: nunc in suburbana & pagos excurrere, ac rixari inibi cum in-

 colis

colis, turbasque ciere: denique, ne quid externæ honestatis reliquum illis videretur esse, cum scissis pileis, vestitu lacero, palliis aut potius palliorum laciniis è brachio manuve pendulis, nec tam calceis quam crepidis induti in publico conspici: adeo ut, si vestitum spectes, non literarum studiosos, sed mendicos, furiosos, aut à milite exspoliatos putes. Et quis omnia petulantiæ ipsorum genera edisserat! Quæ tamen postremo non in Academia tantummodo, aut vicinia ejus, sed etiam alibi conspici voluit. Id quod satis apparuit, cum ante hunc annum ipsum, in Nundinis Numburgensibus, inspectante ingenti hominum ex universa propemodum Germania confluentium multitudine, virisque gravissimis, tam impiè, tam scurriliter, tam petulanter, etiam adversus illustres personas, sese nonnulli gererent, ut Academiæ huic, immo Studiosorum ordini universo, haud exiguam, & vix multorum annorum decursu eluendam maculam inusserint.

Porro cum tanta esset Veteranorum in Novitios potestas inque Pennalismo tuendo pervicacia; tanta item horum licentia, petulantia, & erga Veteranos observantia; fieri vix potuit, quin subinde, cum alterutri vel utrique vim passos aut injuria affectos se opinarentur, vel & conata sua, quæsitamque malis artibus potentiam tueri pertinaciter adversus magistratum cogitarent, res in tumultum & vim publicam erumperet. A Pennalisandi certe prurigine, defendendique Pennalisticas actiones proposito fuit, si primam originem spectes, quod Anno CIƆ IƆ CXLIV, Studiosorum tum in hac Academia viventium plurimi, conspiratione inter se inita, obsequium magistratus Academici palam detrectarent, in cœtus coirent, quosdam sui ordinis, explorandæ veritati, utque in eos animadverteretur, custodiæ datos, vi liberarent, Novitios armarent, portas obsiderent, ipsi denique arci Ducali vim inferrent: nec ante quiescerent, quam Serenissimus Dux Wilhelmus, Patriæ pater clementissimus, comitante armatorum multitudine huc profectus, convocatos in Collegium Studiosos omnes, indeque in arcem deductos, ut tamdiu inibi detentos, donec plerique seditionis auctores detecti essent, ad renuntiandum conspirationi adegisset.

Jam quod ante hos annos quatuor intra oppidum, ante biennium in suburbio à Juniorum manu in ædes civium sub noctem factus est impetus; unde nisi à cœco eorundem erga Veteranos obsequio, summaque ad ciendas turbas propensione, fuit? Quid multa? Nuperi illius & (nisi Principum sollicitudo subvenisset) pæne fatalis Academiæ nostræ tumultus, cædisque tum perpetratæ, num alia potior caussa fuit, quàm Novitiorum in excubias à Sereniss. Patriæ Patre securitatis caussa constitutas jactæ comminationes, & mox pellen-

dis

dis iisdem, tanquam libertati, ut illi putabant, revera autem licentiæ suæ adversantibus, factæ in ipso foro & plateis, si non jubentibus, certe spectantibus, permittentibus, nec improbantibus Pennalisantium præcipuis, concursationes, convocationes, & quæ præterea sua illis petulantia suggesserat? Sed nec ea, in quæ paullo post, turpissima conspiratione inita, magna pars Studiosorum, ut universam Academiæ molem subruerent, convenit, quibusque postea ejusd. Clementissimi Patriæ Patris mandato, plerique omnes porrectis Rectori dexteris semel iterumque renuntiarunt, in hoc usque tempus quisquam tenacius, quam Novitiorum illi, qui *Absolutos* se vocant, servavit. Etsi non ignoramus, fuisse & alios, qui posthabita jurisjurandi religione, quo fidem suam obligaverant, perniciosa adversus Academiam nostram consilia agitarunt. Quos sua haud dubie poena manet.

Satis ex iis, quæ non una caussa prolixe recensuimus, apparet, quam nunquam Sereniss. Principibus, Nobisque ipsis, defuerit animus exstirpandi penitus Pennalismi: quam multa item & quam detestanda sint mala, quæ Lerna illa complectitur. Hæc igitur cum in Academia sua nullo modo ferenda diutius, nec tamen remediis hucusque adhibitis plane præveniri tollique posse, animadverterent Serenissimi atque Celsissimi utriusque lineæ Principes ac Duces Saxoniæ, &c. Nutritores Salanæ hujus munificentissimi, Domini nostri Clementissimi: communicato cum aliis S. Rom. Imperii Principibus ac statibus, ac inprimis cum Sereniss. Saxoniæ Electore, consilio, tandem aliquando Pennalismum communi consensu exscindendum esse, decreverunt; eamque in rem Mandata, publice promulganda, nuper ad nos destinarunt. Summa eorum Mandatorum ac sententia hæc est; *Pennalismum* illum abominandum ex nostra quoque Academia Salana funditus ac radicitus sublatum profligatum atque exterminatum volumus. Nemo quisquam Studiosorum *Veteranorum* in posterum à *Junioribus* recens Academiam ingressis Convivium sive *Accessus*, sive *Correctionis*, sive *absolutionis*, sive *postpositionis*, sive quocunque veniant nomine, *pennalisticas* comessationes alias; neque ullum etiam *aurum argentumve* poscito: nullis *exagitationibus*, quæcunque illæ sint, molestus ipsis esto: nulla ad servitia ipsos cogito, multò vero minus verberibus excipito, aut alio quocunque modo suum quasi sub jugum pertrahere audeto: sed solius Magistratus Academici, & præfectorum ac Præceptorum inspectioni, correctioni, animadversioni eos relinquunto. *Novitii* vero, qui jamtum in Academia nostra adsunt, & qui inposterum adventuri sunt, statim, ac sine ulla procrastinatione inhonestum illum hactenus usurpatum vestitum abdicanto, in ejusque locum, honestiorem, & quali Veterani Studiosi uti solent, adsci-

 scunto;

ſcunto; ab exagitationibus ſui ſimilium prorſus abſtinento; omnem petulantiam publicè privatimque, cumprimis in æde ſacra & aliis conventibus ac congregationibus, procul à ſe amoliuntor. Profeſſores, ſui quod eſt hac in re officii, curiosè exſequuntor; delinquentes, & huic Sereniſſ. Principum decreto quocunque modo adverſantes, tam veteranos, quam novitios, omni ſepoſito affectu & προσωποληψία ſeu perſonarum reſpectu, pœna merita afficiunto: & prima quidem vice pro delicti gradibus ad certi cujusdam temporis terminum, ſecunda in perpetuum, ſed absque infamia, tertia tandem vice, ſi forte recepti fuerint, neque deſiſtant, cum infamia releganto & excludunto. Hi vero poſtremi nullius receptionis, ſed velut infames, nullius quoque honeſti officii capaces, habentor. Quo verò cunque modo, primo, ſecundo, tertio, relegatus quis fuerit, ad alias Academias, ne ibidem recipiatur, ſed velut relegatus aut excluſus ab omnibus habeatur, idemque tam ad aulas illuſtres, quam ad cujusque natalis ſoli magiſtratum perſcribatur: nec absque Sereniſſimorum Principum Patronorum, non alterius lineæ ſeparatim, ſed utriusque conjunctim, præſcitu Diſpenſatio ulla aut receptio inſtituatur. Impunè quoque non abiit, ſi quis ſive ex Profeſſorum ordine, ſive alius quivis, *Pennaliſticarum* comeſſationum apparatus quocunque modo adjutum iverit; iſte quidem Profeſſorio munere, hoc ipſo futurus expers; hic verò pro ratione circumſtantiarum graviter plectendus.

Hæc ſumma eſt Decreti Sereniſſimorum Saxoniæ Ducum utriusque lineæ de *Pennaliſmo*, fœtu iſto orcino, profligando & exterminando. Tuum jam eſt, Juventus ſtudioſa, tam Veterana, quam Novitia, jurisjurando, quo Te Sereniſſimis Principibus ac magiſtratui Academico obſtrinxiſti, memorem, mature obſequi. Pietatis eſt Magiſtratui, DEI in terris vicario, obedire. Nemo veſtrum eſt, qui non malit pius, quàm impius audire. Virtutis eſt, ea vitare, quæ vel ſpeciem malitiæ præ ſe ferunt. Nemo veſtrum eſt, qui non malit bonus, quam malus videri. Obedientia felicitatis eſt mater. Nemo veſtrum eſt, qui non felices malit ſtudiorum ſucceſſus, quam infelices. Bonam denique famam conciliat eorum patratio, quæ legibus & honeſtati ſunt conformia. Nemo veſtrum eſt, qui non malit honeſtus, quam infamis dici. Hæc, Juventus ſtudioſa, Tecum meditare: &, ſi ſapis, ſponte ad peragenda, cavendaque, quæ Illuſtre mandatum requirit, Te compara. Sin minus (quod tamen nolimus) experieris profecto non deeſſe cum Sereniſſimis Principibus, tum Nobis ea adverſus contumaciam remedia, quæ nolentes eo poſſint adigere. Nunquam, credite nobis, continget, ut quæ Illi tanto conſenſu, tantoque cum zelo decreverunt, irrita reddi, ſeque adeo ludos fieri patiantur. Vos

que-

quoque, reliqui Cives Academici, dabitis operam, ne deinceps ulla re Pennalismum adjutum eatis. Sin, manebit & Vos severa animadversio. P. P. ipso festo Visitationis B. Virginis, hoc est, d. II. Julii, Ao. Chr. CIↃIↃCLXI.

Sequitur Rescriptum Electoris Saxoniæ in præcedentibus memoratum.

Von GOttes Gnaden
Johann Georg der andere / Hertzog zu Sachsen / Jülich / Cleve und Berg / ꝛc. Churfürst / ꝛc.

Würdige, Hochgelahrte, Andächtige, und liebe Getreue, Wir haben euer unterthänigstes Erinnerungs-Schreiben, die Affigirung des nunmehr zum Druck gebrachten Edicti Cassatorii, den also genannten Pennalismum betreffende, verlesen hören, Wann dann diese Sache bereits unter jüngstem Reichs-Tage, von denen protestirenden Ständen, welchen Universitäten zustehen, reifflich erwogen, und von dar an Uns gebracht worden; So haben Wir nicht unterlassen, vor Ankunfft Eurer Erinnerung Unsere Anordnung und Edict bemeldten Ständen einzuschicken, Sie, daß Wir es in Unsern Universitäten allhier publiciret hätten, zu vergewissern und ümb gleichmäßige Verfügung bey Ihren Universitäten an zu erinnern, Dahero mit Publicirung länger zu säumen nicht Ursach, auch aus beygelegter Consignation, an welche Reichs-Stände Unsere Notification ergangen, nachrichtlichen zu ersehen, mit gnädigstem Begehren, Ihr wollet nunmehro mit der Publication oberwähntes Edicti auff den nechsten Sonntag Trinitatis ungesäumt gebührend verfahren. Daran geschicht unsere Meinung, Datum Dreßden, den 24. Maji anno 1661.

Carl Fr. H. von Frisen, mpp.
V. Behem, mpp.

Den Würdigen und Hochgelahrten Unsern lieben
Andächtigen und getreuen Rectorn, Magistern
und Doctorn der Universität zu Leipzig.

Wegen Abschaffung des Pennalismi ist an nachgesetzte Stände geschrieben worden / als:

Chur-Brandenburg. Chur-Heidelberg. Hertzog Friedrich Wilhelm zu Sachsen. Hertzog Wilhelmen zu Sachsen. Hertzoge zu Meckelnburg. Landgraff Georgen zu Hessen. Landgraff Wilhelm zu Hessen-Cassel. Hertzoge zu Braunschweig. Hertzoge zu Würtenberg. Königl. Schwedische Vor-Pommerische Regierung. Stadt Straßburg. Nürnberg. Erffurth.

Von

Von GOttes Gnaden

WIr Johann Georg der Andre / Hertzog zu Sachsen, Jülich, Cleve und Berg, des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Marschall und Churfürst, Landgraff in Thüringen, Marggraff zu Meissen, auch Ober- und Nieder-Lausitz, Burggraff zu Magdeburg, Graff zu der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenstein, ꝛc. Entbieten denen Würdigen und Hochgelahrten, Unsern lieben Andächtigen und Getreuen, Rectoribus, Decanis, Magistris, Doctoribus und Professoribus, so dann denen Studiosis bey Unsern Universitäten Leipzig und Wittenberg, und sonst Männiglich, denen dieses zu lesen, oder lesen zu hören vorkömmet, Unsere Churfürstliche Gnade, und fügen Ihnen hiermit zu wissen:

Demnach Wir die schweren und harten Land-Plagen, insonderheit den blutigen Langwierigen Krieg, damit der Allmächtige GOtt, nach seinem rechten Gerichte, unser geliebtes Vaterland Teutscher Nation, samt andern benachbarten Königreichen und Landen heimgesuchet, wohlbedächtig zu Gemüthe gezogen, und denen Ursachen, wordurch solche Straffen und Plagen über so herrliche und blühende Land und Leute gewältzet, etwas reiffer nachgesonnen, daß wir unter andern grausamen Lastern, welche wider die erste und andere Taffel der heiligen Gebote GOttes ungescheuet im Schwange gewesen, nicht die geringste Ursach zu seyn befunden, daß auff den meisten hohen Schulen in Teutschland, und hierunter auch auff Unsern Universitäten zu Leipzig und Wittenberg bey der Studirenden Jugend eine solche höchst-schädliche und höchst-straffbahre Gewohnheit und Unordnung eingerissen, daß nicht allein etliche ruchlose, freche und aller Christlichen Zucht vergessene also genannte Pennal-Putzer sich befinden, die diejenigen, welche von andern Privat-Schulen, Pädagogien oder Gymnasiis sich auff solche Universitäten, eine mehrere Wissenschafft in den Haupt-Sprachen, freyen Künsten und in Philosophicis zu fassen, auch in den höhern Facultäten sich informiren zu lassen, und zu proficiren begeben, oder an deren Orten, wo Universitäten seyn, gebohren und gezogen, hoch-ärgerlicher Weise mit schimpfflichen höhnischen Worten und Geberden agiren und auffziehen, auch gar mit unehrlichen abscheulichen Frevelthaten und Schlägen barbarisch tractiren, ihnen öffters solche Dienste und Auffwartungen, welche ein vernünfftiger Herr seinem geringsten Diener anzumuthen Bedencken träget, auffdringen, ja, so offt es ihnen gefällig, solche neue angehende Studiosos mit Schmäusen und kostbaren Gastereyen beym An- und Abtritt, auch wohl sonst, wenn es ihnen beliebet, beschwe-

beschweren, also, daß dasjenige, was Eltern ihren studierenden Söhnen öffters mit ihren höchsten Ungelegenheiten bey diesen Geld-klammenden Zeiten zur Unterhaltung auff ein Jahr destiniret, bey einer und andern Zech und Gelack verschwendet werden muß, und dardurch manch schönes Ingenium mit obgedachten lasterhafften Exagitationen und Concussionibus desperat gemachet, zum Bösen angeführet und gelocket, an dem Fortgange seiner wohlangefangenen Studien verhindert, die Eltern um ihre geschöpffte Hoffnung, und darneben Kirchen, Rathhäuser, Schulen, und das gemeine Wesen um manches nützliches Werckzeug unverantwortlicher weise gebracht werden, sondern auch, daß, wie Wir hieneben mit höchstem Mißfallen vernehmen müssen, über angeregte böse Gewohnheit innerhalb wenig Jahren hero noch diese höchststraffbahre, ärgerliche Unordnung eingerissen, daß diejenigen, welche von Trivial-Schulen, Pädagogien oder Gymnasiis auff die Academien kommen, sich im ersten Jahre mit zerschnittenen Hüten, zerrissenen und gantz unanständigen Kleidern, als wie Lotterbuben herfür thun, an solchem Pennal-Wesen selbst Gefallen tragen, auch hierneben aller Leichtfertigkeit und Untugend dergestalt befleißigen und ergeben, daß ohne Ansehen der Personen, Oerter und Zeiten, sie solche Ungeberden, Laster und Freveltaten, ungescheuet begehen und ausüben, worfür auch die erbarn Heyden einen Abscheu getragen, und dergleichen keine ehrliche Zunfft unter den geringsten Handwercken duldet und leidet, da dann diejenigen Ingenia, so künfftig GOtt, Königen, Chur-Fürsten und Herren, und sonsten dem gemeinen Besten, in Kirchen, Raths-Collegien, Academien und Schulen, und andern Christlichen und Gottwohlgefälligen Officiis zu Dienern gleichsam initiiret und eingeweihet werden sollen, und hierzu GOttes des Heil. Geistes gnädigen Beystand am meisten bedürffen, sich desselben höchst-schädlicher Weise verlustig, und hingegen dem Teuffel, dem Vater aller Untugenden und Laster, bald in blühender Jugend dienstbar machen, zu aller Uppigkeit und leichten Sitten sich bereiten, und den gewöhnlichen Lohn sodann ihnen in ihrem künfftigen Leben mit spater Reue und Beklagung auff den Hals ziehen.

Wann aber uns aus hohem Obrigkeitlichen Ambt, und dahero zustehender Vorsorge oblieget und gebühret, solchen und dergleichen Kirchen und Policey hochschädlichen lasterhafftigen Unordnungen, Mängeln und Gebrechen, mit allem Ernst, Eifer und harten Straffen zu begegnen, damit GOttes brennender Zorn nicht ferner über Unsere Lande und Leute, wann dergleichen Sünden ungestrafft bleiben, gezogen werde, und wie Wir ohne Conformität der Gesetze, und der darinnen wider alle muthwillige Freve-

ler gesetzten Straffen, hierinnen schwerlich etwas zu erheben, noch fruchtbarliches auszurichten gar wohl gesehen;

Als haben Wir Uns mit etlichen andern Chur-Fürsten und Ständen, deren Chur-Fürsten, Hertzogthümer und Lande im Römis. Reiche Teutscher Nation mit Academien und hohen Schulen versehen, da dergleichen Insolentien eingerissen, und im Schwange gehen, wie solcher hochstraffbarer Unordnung mit einem durchgehenden ernsten Nachdruck würcklich gesteuret werden möge, vernommen, und dahin verglichen, vereinbaret und geschlossen, daß hinfüro und von Publication dieses an, keinem, der auf Unsern Universitäten, Academien und hohen Schulen sich aufhält, oder ins künfftige über kurtz oder lang dahin begiebet, er sey wes Standes oder Alters er wolle, erlaubet, sondern vielmehr einem ieglichen hiermit und in Krafft dieses ernstlich verboten seyn soll, denen neu-ankommenden jungen Studenten heimlich oder öffentlich nachzustellen, sie auff der Gassen, oder in ihren Logiamentern, Stuben, Schencken oder Wirths-Häusern, an Tisch, in Collegiis und sonsten, vornehmlich aber in den Kirchen zu molestiren, bey Tag oder Nacht zu importuniren, zu exagitiren, oder zu beschimpffen, oder ihnen die geringste Ausgabe zu denen also übel-titulirten Pennal-Access-Absolvir-Stuben-oder Tisch-Schmäusen, es geschehe solches gleich unter dem Vorwand der National-Conventicul (welche hiermit als unzuläßig und höchst-schädlich casiret und abgeschaffet seyn sollen) oder irgend unter einem andern Prætext anzumuthen, vielweniger soll ihnen zugelassen seyn, junge Studenten mit Betrohungen, Schlägen und Diensten zu belegen, oder sich sonsten auff einige andere Wege zu ihnen zu nöthigen, sondern vielmehr sie unter des Magistratus Academici und ihrer eigenen Hoffmeister und Præceptoren Auffsicht und Correctionen allein und unturbiret zu lassen, Wir wollen auch hierneben ernstlich gebothen und verordnet haben, daß alle und jede Anwesende so genannte Pennäle bald von dato ihren bißher getragenen Habit ablegen, und sich erbar auskleiden, auch hinführo alle diejenigen, so von Privat-Schulen, Pædagogiis und Gymnasiis auff Unsere Universitäten kommen, und noch künfftig gelangen werden, in ihrem ersten Jahre sich alsbald einer erbarn und geziemenden Kleidung gleich denen andern anwesenden Studiosis gebrauchen, eines erbarn, sittsamen, gottseeligen Wandels, so solchen Leuten vor andern höchst nöthig ist und wol anstehet, befleißigen, aller hißanhero im Schwang gegangener Uppigkeiten, Untugenden, Laster und unbeschämten Beginnens, da weder GOtt, noch die erbare Welt gescheuet worden, sonderlich des Exagitirens ihres gleichens, der neulicherer angekommenen Studenten Gebietens, wie sie sich von Viertel-

Jahren

Jahren zu Viertel-Jahren in leichten Kleidungen und ungezwungenem Sinn verhalten, und anderer gegen solche als auch gegen die Inwohnere verübender Frevel- und Unthaten, und vornehmlich der grossen Wiedersetzlichkeit, und des bißhero gebrauchten Ungehorsams gegen den Rectoren, Professores und andere ihre vorgesetzte Inspectores gäntzlich enthalten sollen, auf daß nicht ex Seminariis Ecclesiæ & Reipublicæ Seminaria vitiorum & criminum gemachet, und an statt des verhofften Seegens neue und mehrere Land-Plagen auf unser geliebtes Vaterland, durch dergleichen unordentliches wüstes Leben, unter denen, welche vor allen andern mit Frömmigkeit, Sittsamkeit, Höfligkeit, Erbarkeit und andern löblichen Tugenden in der Welt herfür leuchten, und gezieret seyn solten, devolviret werden.

Damit nun auch diese unsere hochnöthige und ernstlich gemeynte Verordnung von allen und jeden steiff, fest, und unverbrüchlich gehalten, und von keinem muthwilliger und verächtlicher weise aus den Augen gesetzet, eludiret und übertreten werden möge, So haben Wir Uns mit andern Chur-Fürsten und Ständen des Reichs, in deren Chur-Fürsten, Hertzogthümern und Landen dergleichen Academien zu befinden, dahin ferner verglichen, und setzen, ordnen und wollen, daß Rectores und Professores mit allem Fleisse, die Conventicula Nationalia, als den Pfuel, daraus solch böses Wesen, und was demselben anhängig, hergequollen, erforschen, solche gäntzlich cassiren, aufheben, und die Studenten treulich für Schaden warnen, und daß, welcher alter oder junger Student von dato der Publication und seiner hiervon erlangten Wissenschafft an hierwieder handeln, und wegen dieses so hoch verbothenen Pennalisirens und dessen anhangenden Lastern und Unordnungen (nehmlich daß er entweder als ein älterer Student die jungen neu-ankommenden in ihrem ersten Jahre also tractiret, und, wie sie zu reden pflegen, activè pennalisiret, oder daß er als ein neu-ankommender Student in seinem so übel-genannten passivo Pennalismo sich so leichtfertiger Kleidung, Geberden, Exagitationen, oder anderer bißhero bößlich eingeführten Frevelthaten gebrauchet) beschuldiget, und überwiesen werden wird, zum ersten mahle nach Befindung des Verbrechens, und Erwegung, ob er, Seducens oder Seductus, mit der Relegation auff etliche Jahre bestraffet, und solche Relegation unsern andern vereinbahrten Universitäten notificiret werden, und er also zugleich von solchen allen so lange relegiret seyn soll, biß entweder die gesetzte Jahre verstrichen, oder Er, der Delinquent, mit derjenigen Academia, woselbst er delinquiret, vermittelst Ersetzung des Damni leistender Caution und endlicher Angelobung dessen Unterlassung und bessern bezeigenden Gehorsams wider aus-

gesöhnet und recipiret, auch dessen, so er sich auff eine andere Universität begeben will, derselben dergleichen erlangten Schein und Attestat vorgeleget, so er aber nach erlangter Aussöhnung oder verfloßner Relegations Frist auf dieser oder einer andern der vereinbarten Universitäten dergleichen zum andern mahle begehen und dessen überführet werden wird, so soll er alsdann in perpetuum relegiret und vermittelst beschehender Notification an alle vereinigte Universitäten von solchen allen zugleich in totum excludiret werden.

Dafern auch ein solcher zum dritten mahle darwieder handeln solte, dergleichen Fall Wir nicht verhoffen, sondern jedwedern ernstlich davon abgemahnet haben wollen, so soll er in perpetuum cum infamia relegiret, und nicht allein auff keiner Unserer und der vereinigten Universitäten recipiret, sondern auch in Unsern Chur-Fürstenthümern und Landen zu keinem Dienste, weder im Geist- noch Weltlichen Stande beruffen, noch befördert, sondern als ein malæ notæ Subjectum, welches seine Jugend in Laster und Aergerniß zugebracht, von allen Ehren-Aemtern ausgeschlossen, und alles Favors unwürdig allenthalben geachtet, solches auch zu dem Ende der Obrigkeit des Orts, da er bürtig, anheim berichtet werden.

Dieweil Wir auch hierneben in Erfahrung kommen, daß etliche von den Tisch- oder Gast-Wirthen und andere, auch wohl Professores auff solchen Unsern Universitäten oder dero benachbarten Orten sich befinden, so zu dergleichen Pennal Schmäusen allen Vorschub und die Ausrichtung thun, auch solches meisterlich unter zu drucken wissen, und helffen, Als wollen Wir, daß diejenigen, so hierüber betreten, und dessen überführet werden, da es Professores, ihres Amts verlustig, und auff beschehenen Bericht, dessen entsetzet, da es aber andere Personen, zum ersten mahle nicht allein das vorgeschossene Geld verlieren, sondern auch mit einer ziemlichen Geld- oder harten Gefängnüß-Straffe beleget, und so sie dessen nach diesen nochmahln schuldig und überwiesen befunden, sodann mit Landes-Verweisung oder Verliehrung ihrer Ehre gestrafft werden sollen, und damit sich keiner mit der Unwissenheit dessen künfftig entschuldigen, sondern ein jedweder dafür desto besser hüten und vorsehen möge; So soll nicht allein auff allen Unsern Universitäten dergleichen Edictum publicè affigiret, und in offenen Druck feil gehabt, sondern auch solches einem jedweden neu-ankommenden bey seiner Angebung und suchenden Inscription von dem Rectore vor Ablegung des gewöhnlichen Eydes vorgelesen, und er dieses, so lieb ihm seine zeitliche Wohlfahrt, wohl in acht zu nehmen, ernstlich ermahnet werden.

Solches, wie es dem Allerhöchsten GOTT zu Ehren, der studirenden Jugend zur Wohlfahrt, und Euch und Ihnen allerseits zu gutem Nachruhme gemeynet und gereichet, Also wollen Wir es von Euch, wie auch allen denenjenigen, so sich Studirens halben, bey Euch befinden, anders nicht gehalten wissen wollen, Denen Wir sonsten mit Churfürstlichen Gnaden jederzeit gewogen verbleiben, Datum Dreßden den 20. Martii, Anno 1661.

Johann Georg/ Churfürst.

(L.S.)

* Hänseln. Hansa die Hänse significat consortium aut societatem aliquam ob commercia Limn. *Lib. VII. Jur. publ. Cap. I. n. 62.* Hinc Hänseln idem est, ac societati inaugurari, recipi in sodalitium, initiari mysteriis societatis, quæ societates nimirum commercium aliquod continent, & Hänsel-Recht appellatur. Idemque impetrarunt ii, qui data satisfactione, aut finita recepta illa inauguratione, in illam vel illam societatem & sodalitium jam sunt admissi. Add. Schot. de *singul. Antiqu. Germ. Jur. cap. 26. n. 33.* 168

THES. III.

Mechanicarum artium Sectatores certis quoque utuntur ritibus, 169
dum socios creant, quos Dolandi, Acuendi, & nescio quibus aliis exprimunt vocabulis: quorum aliqui, uti status socialis candidatis opidò sunt tædiosi, ita Spectatoribus qualecunque gaudium afferunt, adeoque quodammodo tolerabiles sunt. Sic Monetarum fabricis qui præfecti sunt, 170
Tyrones suos varia onerant vexatione & vestibus ludicris, tintinnabulis exornatis spectaculum aliis exhibent. Sed, potest id alium habere scopum atque usum, dum, quorsum cumque eant, sonum edunt ac suimet proditores existunt, nihil clam agere vel subfurari poterunt. Plerique tamen 171
ritus, vel ob immanissimam *barbariem* abominandi, vel ob *blasphemam* fœditatem execrandi: Neutri in Republ. christiana tolerandi, sed utrique à cordato Magistratu exterminandi. Ad *priorem* caveam pertinet, quod Nautæ promontoria certa observant, ad quorum primum adspectum novitios suos chordâ constrictos in mare dejiciunt, ternâque vice cis & ultra navis exteriora fundamenta trahunt retrahuntque. Excusent hoc quomodocun- 172
que velint, tanquam advertentiores velint reddere suos rei, quam observari an negligi multum referat; crudelis tamen mage quam opus esse videtur: Nam & confinia tam privata quam publica nosse interest, eamque in

rem juventus in lustratione simul adducta vel sponte secuta, diversis mediis, alapis, vellicatione, ad attentionem excitatur; verùm millilia sunt,
173 quæ omnia edulcant. Cerdones seu Alutarii, quibusdam in locis, spineô Socios coronant sertô, atque istud non una sed trina vice torquent, rotant, volvunt, capitique infigunt, donec cruore tam vestes quam crines perfundantur atque inquinentur; idque non domi ac privatos intra parietes, sed per vicos deducunt, non alium in finem, quam ut alios à studio hujus
174 opificii avertant. Fabri lignarii, Juvenes suos vallis impositos, ad flumen aut cisternam publicam humeris deferunt, eique immergunt, eumque a-
175 ctum Baptisare dicunt. Alii pueros suos facietenus denigrant, atque cophino dorsuario, sed vacuo onustos emittunt, chartæ lusoriæ comparandæ, in eoque domum reportandæ causa; mox, mensæ assidentes Veterani, virgas aut cochlearia culinaria lignea majora manibus prehendunt, jubentque miseros chartam mensæ impositam auferre, sed audentes pessimè excipiunt, ac non rarò digitos horrendum in modum corrumpunt, ut ope-
176 rationi evadant inidonei. Utrum verò alacriores reddere, an ludendi pruritum extinguere se venditent, remedia ipso malo pejora dixeris: nam quomodo excoecando perspicaciorem feceris aliquem, aut mutilando pedes, cursui aptiorem? à ludo ut avocentur, alia suppetunt remedia, de
177 quibus *sup. n. 66. seqq.* videri possint. Vera igitur causa Monopolium est, & ut ars hæc à paucioribus exerceatur: quia tamen de alio opificio addiscendo cogitare oportet, & sic plures isthuc confluunt, eveniet, ut illud præ reliquis multitudine gravetur, adeoque & ipsum sibi de remediis absterrendi prospicere opus habeat; unde tandem ab honestis opificiis idonea ingenia passim ad otia & malas artes alias ablegabuntur.

ANNOTATIO.

178 * *Socios creent.* Verum hic quæritur, an socius creatus atque ita exemtus à disciplina & familia tirocinii, fiat civis vel incola illius loci, ubi missio facta? Quod negatur, siquidem talis missio eum liberat quidem à nexu disciplinari, sed propterea magistratui loci *per se* non subjicitur, sed eatenus saltem, quatenus est pars familiæ sui magistri apud quem operatur. Ac propterea forum quidem vel opificiarium vel sui magistri coram magistratu oppidano agnoscere debet; At in reliquis civitatem, incolatum aut domicilii jus non consequitur, nec propterea ex solo operarum ministerio, ad onera Civilia est trahendus. Nexus enim ad onera civilia oritur ex obligatione, qua quis Civitati devinctus est, tanquam membrum corporis sive pars societatis civilis arg. *l. 3. pr. ff. de muner.* At vero talis socius, qui apud suum magistrum existit, non domicilii

cilii contrahendi gratia, ſed tantum miniſterii cauſa in ædibus alienis commoratur, ut hinc pro cive haberi non debeat, per ea, quæ tradit Scheffer *Part. I. quæſt. 39.* neque enim officii aut miniſterii ratio in conſtituendo domicilio attenditur, ſiquidem miniſter proprium non habet, ſed ſequitur domicilium ſui domini Struv, *Synt. Civ. Exerc. IX. th. 30.* Idemque etiam procedit, licet uxorem duxerit, quia matrimonium non eſt modus conſequendi jus Civitatis, ſi non accedat intentio perpetuo in Civitate commorandi. Neque talis poteſt compelli ad jus Civitatis recipiendum. Mev. *Part. VIII. deciſ. 266.*

THES. IV.

Secundæ claſſis ritus, qui cum ceremoniis ſacris affinitatem habent, 179
vel etiam *ad imitationem ſacramentorum* fidei Chriſtianæ adinventi ſunt, pio,
cordatoque cuivis bilem movent, cæteris ſcandalum præbent, adeoque nul-
latenus ferendi: qualis eſt *Imaginarius Baptiſmus*, Novi nominis impoſitio,
Patrinorum, Sacrificuli & ſimilium adhibitio. Nimirum, ut nivea pila ro- 180
tando in immenſum creſcit, ſic evenire facile potuit, ut ex obſcuris parvis-
que initiis, ritus iſtiusmodi opificiales propullulaverint, atque incremen-
ta ſumſerint: & quemadmodum non Nix mera, verum arena, lapilli, de-
cidua folia, & frondium fragmenta, quidquid tandem offenditur, adhæret;
ſic quoque ceremoniarum opificialium cento, ex diverſis aliis ritualibus
conſarcinatus, leproſa nix. *2. Reg. V. 27.* adparet. Potiſſimam tamen par- 181
tem ſui à ceremoniis atque *ritibus pontificiis* traxiſſe patebit, quando Confir-
mationem, germ. Fürmelung inter, & Sociorum creationem comparatio-
nem inſtituerimus; inveneris enim utrobique Alapas, Patrinos, novi No-
minis impoſitionem, & ſimilia, in ſervorum manumiſſionibus adfinibusque
negociis, profanis atque ſacris, uſitata. Notum enim eſt, quod Manu- 182
mittendis Alapa quædam, tanquam ritus apud Romanos fuerit inflicta:
quod item *Romanenſis Eccleſia, Manus impoſitionem*, in primitiva eccleſia pro
ſymbolo benedictionis uſitatam, ſupradicto confirmationis actui adhibi-
tam, *in alapam converterit*, dum Confirmando LEVIS ALAPA infligitur.
vid. *Pontificale Roman.* per Clementem IIX. editum, allegante Dn. Zigler.
in Lancellot. L. 2. T. 4. p. 333. f. Facto igitur ſemel comparationis periculo, 183
facile ad alia itum, atque ab aliis, potiſſimum vero collegiis opificum, acti-
bus ſuis ſolennitatem conciliaturis, ſed judicio deſtitutis, ac delectum ſer-
vare neſciis, ſimile quid attentatum fuit: Dum, ne gravius quid dicamus,
Clericos ipſos, certè qui de vulgo & fece ſunt, Errones ac ſimilis farinæ re-
ligioſos, negociis hiſce ſe immiſcuiſſe, atque ut ex hac meſſe manipulos
quærerent, ritus hoſce ſacros profanaſſe, vero admodum eſt ſimile.

Etenim,

184 Etenim, quod ſecundum in Confirmatione eſt, Patrini, ut in Baptiſmate adhibentur. Ita namque Lancellottus *d. l. §. 4.* ait: Illud commune eſt, tam his qui baptizandi ſunt, quam & illis, qui confirmationis munus recipere debent, ut aliquem in Patrinum adhibeant. Jam verò, Creatio Sociorum, quid aliud, quam imaginaria ſeu baptiſatio ſeu Confirmatio? cui perficiendæ perſonati Sacrificuli, Patrini atque Æditui qualescunque adhi-
185 bentur. Quanquam immutatis corruptisque paulisper vocabulis exprimantur, ut alium Pfaſchen / credo Pathen / alium Meßner / Miſſarium forſan aut Sacrificulum, ac denique Bader / Balneatorem, ab Aqua fortè ſuperfundenda, Æditum exiſtimo, dicant: optima tamen interpretatio eorum, ab ipſo exercitio deſumi poteſt. Succedit denique & Nominis im-
186 poſitio. Nimirum, ſicut Judæi tempore circumciſionis nomina pueris dabant; & Chriſtiani, ad eorum imitationem, die quo baptizantur liberi: Sic Pontificii longius progresſi, aliud porrò à baptiſmali hoc nomine, imponunt tempore Confirmationis. Atque hoc præferri quandoque nomine
187 baptiſmali, Richardus Montacutius *de Orig. Eccleſ. part. 1. pag. 83.* notat. Et hoc illuſtri exemplo ſuo Carolus Imperator, quartus hujus nominis docet, cui Wenceslai nomen in ſacro baptiſmate impoſitum diſplicuit, præoptatô Caroli Francorum Regis, Amitæ ſuæ mariti, atque in actu confirmationis Patrini, apud quem educabatur, & cujus auſpiciis actus ille celebrabatur, nomine. Lehman. *lib. 7. Chron. Spir. cap. 34. p. 779. a.* allegante Magnific.
188 Dn. Schilter. *Inſt. Jur. Can. L. 2. T. 2. §. 32. p. 367.* Equidem conceſſerim, bonâ primitus intentione novi Nominis impoſitionem adhibitam fuiſſe, nim. ut utriusque actus percepti, tam Baptiſmi quam Confirmationis & recordari & certus eſſe poſſit: atque inſuper morem fluxiſſe credo, Binominorum, ſeu quòd multi binomines compareant, quem nos imitati, in ſolo baptiſmate binis inſignire liberos noſtros nominibus conſuevimus: At enim,
189 bona intentio non ſemper negotio excuſando ſufficit. Tantò autem magis in opinione noſtra, quod Nominum mutatio, aut novorum aſſumptio, moribus ritibusque Pontificiis originem debeat corroboramur, quanto certius eſt, ipſos ſummos Pontifices id agere, atque ex tempore elevationis ſuæ, priſtinum nomen deponere. Primus eorum qui hoc fecit, Sergius II, antea Os porci dictus fuit, quem morem Succeſſores ſecuti. Dietrich. *Breviar. Pont. in Sergio pag. 152.* paucos ſi excipias. Sed de nominum mutatione, conf. eleg. & prolixè Becman. *notit. dign. illuſtr. Diſſ. V. cap. 2. §. 1. p. 120. ſeq.*

ANNO-

ANNOTATIO.

* *Baptismus.* Tadem morem respicit Jenische Beutler-Ordnung *Artic. III.* 191
circ. fin. ibi: Wenn ein Lehr-Junge das Beutler-Handwerck ausgelernet hat, und seine Arbeit machen kan, daß er eines Meisters Werck-Stadte versehen mögte; Soll er mit drey redlichen Beutlers-Gesellen, nach Handwercks Gewohnheit und Gebrauch, auff sein Begehren, und auff dessen Unkosten mit Handwercks-Ceremonien zu einen Gesellen gemacht werden, nehmlich Vater, Pathen und Priester erwehlen, wie in gantzen Römis. Reich gebräuchlich ist.

THES. V.

Ut verò ad Socios revertamur, & hæc ad eorundem creationem transferamus, tenendum est, ad absolvendos & exercendos ritus sibi usitatos, requiri personas certi numeri & distinctarum functionum; plerumque autem ad Junioratum suscipiendum, Tres Socios veteranos adhiberi necessum esse, constat ex formulis inter eos usitatis. v. g. dum quærunt, Ubi assam doctrinalem fuerit elargitus? Quale nomen junioratus as- 192
sumserit? annectitur & hæc Quæstio: Was vor drey Gesellen darbey gewesen? atque post responsionem ad superiora, sequitur & hæc: adfuisse Illum, Illum & Illum: und sind darbey gewesen drey Gesellen / als mit Nahmen N.N.N. addita contestatione de statu eorum tunc temporis honesto. Sed ad Veteranismum consequendum, quatuor Socios Veteranos 193
adfuisse opus est, prout in Stannariis in causa Fried. Ellingers referebatur ad Senatum *Mercurii 21. Mart. 1677.* Hinc in congressibus eorum, inter coeteras recitationum formulas, quæstiones & responsiones, etiam de numero personarum huius fabulæ agitur; hoc discrimine, ut simul functiones seu partes cujusque exprimantur, nec in solo nomine acquiescatur: h. m. und sind darbey gewest vier gute ehrliche Gesellen / als mit Nahmen, Barthol. Reinwein / mein Pfasche / Conradus Lauterbier / mein Meßner / Severus Agricola, und Ulricus Pastorius, Bader. Unde simul observes, & Rituum 194
in creandis Junioribus & Veteranis diversitatem, & Functionum varietatem; quoniam alius Patrini, alius Sacrificuli, alius Æditui &c. partibus fungitur: quæ tamen in Juniorum fabrefactione non intervenisse colligas, quia desuper non examinantur.

Ritus non solum pro Collegiorum, sed & circumstantiarum diver- 195
sitate variant, quandoquidem Socii Veterani, quibus ut plurimum exsecutio illorum committitur, liberius vel cautius agunt, prout vel Catonis alicujus præsentiam verentur ac severitatem metuunt, vel de complacen-

tia Spectantium ſecuri ſunt. Facilè ſiquidem ſcenam atque theatrum mu-
tare norunt, habitu perſonarum ſumto vel depoſito: ſed officia ipſa ſunt
196 perennia, nominibus aliquantiſper corruptis. Apud Scriniarios, Vete-
raniſmi Candidatus ſellæ inſidere juſſus, Patrinos utrinque adſtantes
habet, regulam angularem ſupra caput ipſius erectam manibus tenentes:
Sacrificulus vacua grandis alicujus libri tegmina, breterne Pappen appre-
hendit, atque inter varios ſermones ac geſticulationes aliquoties capiti
candidati infligit, quos ictus Patrini, juxta favorem & affectionem, mo-
197 dò excipiunt & avertunt, modo etiam promovent. Credideris, morum
atque conſuetudinum eum ſic reddere velle certiorem, ictibus autem at-
tentionem excitare. Mox ſupinum ſcamno imponunt, ac ſi quid agreſti-
um ſupereſt morum in ipſo, dolabra reſecare ſatagunt, atque inter cæte-
ra jocoſeria aliquoties de ſcamno dant præcipitem, riſum ſocietati excita-
198 turi, ſed forſan & alacrem, vigilantem, providum &c. reddituri. Deni-
que foras, tanquam ad balneum, malè autem Baptiſmum vocant, dedu-
ctum, interrogant, Aqua an Vino baptizari malit? Sin prius reſpondeat,
largiſſima undique frigida ſuperfunditur: Sin poſterius, lotionem illam
modicô ſymbolo ſeu teſſerâ congiorum aliquot vini, redimere permitti-
199 tur, nihilominus pauxilla aqua vino diluta ipſum affundunt? prius au-
tem quam lotio illa fiat, vario colore, tanquam ſcrinium vel aliud artis ſuæ
opus picturi, illinunt: aliquando foras ita pictum atque delibutum emit-
tunt, ſemilæ pro uno nummo, vel chartæ luſoriæ emendæ, atque in co-
phino dorſuario, aliove vaſe majori adferendæ gratiâ; prout vel uſus Col-
legii recepit, vel Spectatorum cœtus ferre videtur, vel alias Veteranis vo-
200 lupe eſt. Poſt hæc ſigni ſeu characteris, quem Marcam vocant, aſſumen-
di, habendi, utendique licentia conceditur, quod aliquod ex artis ſuæ in-
ſtrumentis eſſe ſolet, Circulus, Dolabra, Regula, Angulare, aut ſimile:
quo non ſolum in cœterà vita ad res ſuas, vel a ſe elaboratas notandas
uti, verum & in congreſſibus Sociorum, ſtatum hunc ſuum ſignare ac do-
201 cere valeat. Dum enim in circulo adſident, ac cæteras formulas recitant,
interea quiſque conſuetum ſymbolum ſuum creta in menſam depingit
ac pileo tantiſper tegit, donec ordo ipſum tetigerit, ubi interrogatus,
non tam verbo quam facto jus marcæ, ſeu potius veritatem Status ſocia-
202 lis docet. Iſtud inſuper notandum; non unam eamque ſimplicem, ſed
aliquando è duobus vel tribus inſtrumentis contextam ac mutuo inne-
xam figuram, prout quiſque elegantius effingere poteſt atque pingere,
eſſe permiſſam; datâ tamen Magiſtrorum filiis licentia & præcipuo quo-
dam,

dam, utraque integra præſentare. Cæteros autem defectum atque imper-
fectionem quandam relinquere oportet: v. g. Si quis circulum atque
angularem lineam innexas pro ſymbolo elegerit, neque tamen Magiſtri
filius ſit, alterum circuli pedem omittere tenetur, h. m.

Nomen autem peculiare inter eos non eſt uſitatum, 203
ſed in plerisque Collegiis cæteris, in actu creationis Can-
didato novum aliquod inditur nomen, in tantum, ut apud
quosdam Juniores quoque nomina conſequantur: hinc for-
mulæ atque ſciſcitationes: So mit Gunſt mein Jünger / ſo komm ich
wieder zu dir / und thu dich fragen / wo du deinen Lehr-Braten verſchencket
haſt / und deinen Jünger-Nahmen an dich genommen oder bekommen. Ac 204
poſtmodum, Junioratu cum Veteraniſmo permutato, viciſſim aliud no-
minis imponitur: quod aliis ſciſcitationibus, ſolennibusque formulis ex-
plorant: So mit Urlaub und Gunſt / mein Geſellſchafft / ſo komm ich noch
weiter zu dir / und thue dich fragen / wo du deinen Jünger-Nahmen verſchen-
cket / und den Geſellen-Nahmen an dich genommen / wo und in welcher Stadt / ꝛc.
Deſumuntur autem illa nomina quandoque à loco diſciplinæ perceptæ, aut 205
ſtatus Socialis aſſumti, ut à Norimberga, Erfurto, Hamburgo dicantur:
Hanß von Cöln / Georg von Danzig / ut meros Nobiles putes, dum nomi-
na in officinis, uti ſolent adſcribere, aut tabulis incidere, tignis inſculpere,
legis. Non rarò & ex eo, prout in annis diſciplinaribus ſe geſſerint; unde
Volones, willig / Tardi, Faul-Peltz / Serotini &c. quidam audiunt. Quæ 206
nova denominatio, dum absque ritibus fiat blaſphemis, in ſe non adeo
improbanda, poteſtque bonum habere finem; ſicuti bonâ primitus intro-
duci potuit intentione. Si præprimis opificia ſpectes liberalia, ubi per-
egrè adventantes gratuitò excipiendi ſunt à Sociis ſymbolô, quod voca-
tur Einſchencken: vel, in defectu Sociorum, à Magiſtris ipſis; unde etiam
Iunioribus plerumque minorem ſolvunt mercedem, quia Juniores ad
ſymbolum non admittuntur, halten kein Geſchenck. Poſſet igitur, niſi 207
cautelæ, myſteria & ænigmata Nominum, Marcarum &c. eſſent, facilè
extraneus, qui vel non eſſet ejusdem opificii, vel ad nullam opificiorum
claſſem planè pertineret, ſe ingerere, beneficium hoc ſubfurati, Magi-
ſtris Sociisque illius loci moleſtus eſſe, cæteris autem peregrè iſthuc ad-
ventantibus præripere. Nam, licet facere aliquid ad hoc præcavendum
exiſtimes, formulas illas ac reciprocas recitationes ſeu oratiunculas, qui- 208
bus ſe invicem ſalutare atque excipere ſolent in acceſſu, der Gruß / vel et-

iam in congressibus, quod vocant consuetudinem opificiariam, die Handwercks-Gewohnheit/ quas propterea Veterani Juniores non antè, quam
209 itineri accinctos, edocere solent: Quo tamen evenire facile posset, ut in comitem itineris extraneum, seu alius opificii incidant, ac prece vel pretio, vel minis etiam vincantur, vel ex simplicitate capiantur, seducanturque, ut formulas suæ artis proprias eum doceant, & secum ad sua diversoria deducant: sicuti dantur ejusmodi Vagabundi, qui tantis peregrinationum spaciis jam transactis operari desueverunt, in sui tamen Col-
210 legii diversoriis jam tum innotuerunt: Ideò ad fraudes has præcludendas alia cautela opus: atque eleganter huc conducere visum, Nomina tam sua quam eorum à quibus initiati fuerint, nec non cujusvis eorum functionis tunc peractæ indagare: ut, si vel nullum, vel suspectum proferat, (quod vel statim cognoscitur, vel ex intervallo innotescit) aut ipsi, aut Ductores
211 eorum, promeritæ subjici possint mulctæ. Equidem sagaces Magistri, dum vel insolitus Sociorum numerus simul appulerit, vel alia in advenam suspicio ceciderit, cujus manus inter excipiendum tentarunt, neque callum tamen animadverterunt: non solent etiam in his acquiescere indiciis, sed ad documentum artis edendum, quod vocatur solle Handwercks-Gewohnheit
212 beweisen/ manu scil. atque operatione, invitant. Quoniam tamen deprehensos poena manet certissima, ideò lapidem omnem errones illi movent, ut fraudem hanc tegant, adeòque dum fabulam hanc ludere intendunt, probè instructi ad rem accedunt, formulas ad ungvem recitare discunt, hæsitantes maturè, verbô signove admonent, indicia quædam operandi edo-
213 cent, aut rubrica fabrili ordinem operandi signant. Quare, si capere aliquem Magister intendit, non minus prudenter rem aggredi, ac vel remotô arbitriô examinare, vel mox in rem præsentem ducere, ut periculum faciat alter, debebit: prout in facto quoque servavit olim Essedariorum nostratium aliquis, dum suspectum hospitem operari jussit, sed qui eum adduxerat comes, mox se foras ad officinam proripuit, absides radiosque ubi jungi debeant, indicio clandestino monstravit: sed hospite callido callidior Magister animadvertens, Collegio denunciavit, quod impune factum istud haud dimisit.

ANNOTATIO.

214 * *Variant.* Sunt vero in ritibus & reliquis doctrinalibus, Statuta illius loci & Collegii observanda, ubi actus peragitur, & ita rite absolutus socius, alibi quoque admitti debet, etiam in illis locis, ubi major requiritur solennitas. Prout expresse provisum fuit in Concluso Imperii trium Collegiorum Mense Majo 1671.

1671. *num. IV.* ibi: Wenn ein Handwercks-Gesell sein Handwerck an einen Orth, nach denen daselbst üblichen, denen Reichs-Constitutionibus nicht zuwieder lauffenden Handwercks-Ordnungen, Satzungen und Gewohnheiten, und zumahl bey einem ehrlichen, von des Orths Obrigkeit approbirten Meister erlernet, so solle zwischen dergleichen Handwercks-Gesellen, welche obgedachter massen ihr Handwerck, nach des Orts Ordnung, Gewohnheit und Gelegenheit erlernet, es seyen gleich an deren Orten andere Gebräuche und Handwercks-Ordnungen, oder würden auch weniger oder mehr Lehr-Jahre erfordert oder nicht, kein Unterscheid gemachet, sondern sie gleichfalls allenthalben vor redlich und tüchtig passiret werden.

CAPUT IV.

De Peregrinatione Sociorum.

Von der Wanderschafft.

Conspectus.

Connexio tractatus traditur n. 215. & seqq.
Boethi etiam penes extraneos magistros operari tenentur n. 220.
Peregrinationis sociorum causa impulsiva declaratur n. 221. & seqq.
Non debent magistri boethum alterius Officinæ ad peregrinandum sollicitare n. 228.
Subjectum peregrinationis habile sunt boethi n. 229. & seqq.
Socii peregrinantes, an pro Vagabundis sint reputandi n. 234.
Socii peregrinantes advenæ magis & forenses dicendi n. 238.
Anni peregrinationis non possunt omitti n. 240.
In nonnullis Collegiis uxoratis Collegium est interdictum n. 241.
Ratio peregrinationis formalis in quo consistat n. 242. 243.
Denunciationis seu indictionis peregrinatoriæ ratio n. 245. tempus 246. 247.
Terminus peregrinationis indictus præcise observandus n. 248.
Declaratio additur n. 249. & seqq.
An pœnalis sit ille terminus quæritur n. 254.
Aliquando per modum pœnæ opificialis peregrinatio injungitur n. 256.
Discessus boethi non debet tempore intempestivo fieri n. 257.
Justa causa discessus ante elapsum spatium consuetum n. 258.
Vocabulum Abschied *tam active quam passive dicitur n. 259. & seqq.*
Valedictionis boethorum causa n. 263.

Valedictio in utriusque est arbitrio tam magistri, quam boethi n. 264.
Tempus missionem à magistro postulandi determinatur n. 265. 271.
Resignatio functionum à boetho facienda n. 266. 267. 268.
Boethorum sine valedictione consueta discedentium fides elevatur n. 269.
Boethus ante discessum omnibus debet satisfacere n. 270.
Magister in dimittendo socio ad peregrinandum non debet se difficilem praebere n. 272. 273.
Officium sociorum in comitando socio peregrinante & exportando sarcinam n. 274.
Salutis dicendae commendatio, ejus necessitas & formula n. 275. & seqq.
Commissio salutis ejusque solennitates n. 280. & seqq.
Denegatio salutis est arresti & poenae loco inter opifices n. 283. & seqq. n. 291.
Dictio salutis cum gratiarum actione est accipienda n. 288.
Quaer. utrum ob reliqua vel debitum aliquod dictio salutis possit denegari n. 290. 291.
Mos peregrinandi & salutandi apud Coriarios Rhenanos receptus n. 292.
Ob praesumtionem delicti commissi à boetho discessus eidem denegari potest n. 293.
Nec non denunciatio magistratui & persecutio fugitivi boethi fieri potest n. 294.
Commodare socium alteri permissum n. 295.
Cautio quandoque à boethis exigitur n. 296.
Actus peregrinationis & inprimis Discessus explicatur n. 297.
A loco doctrinae toto peregrinationis tempore abstinere debet n. 304. & seqq.
Tempus peregrinationis declaratur n. 312.
Fatalia peregrinationis restricta in filiis magistrorum n. 313.

THES. I.

215 POst varios casus superatos, atque labores, amphora cepta diu, tandem brevis urceus exit: per tot injurias, tanto cum apparatu fastigium conscenditur Veteranorum! Nim. Tantae molis erat socialem condere statum! cujus *initium* est ex Puero, sed *exitus* in Magistrum desinit:
216 *Duratio* autem per duo tempora, *Peregrinationis* & *Operationis* decurrit. Faciemus autem ab illa initium; tum, quod in omni reliqua vita, Praelium ante victoriam, apparatus sementi faciendi ante messem, & grata quies post exhaustum solet esse laborem: Tum, quod in specie servetur inter Socios opificiales, ut post statum & conditionem Sociorum impetratum, novus ille homo confestim ad diversorium se conferat, ac tanquam peregrè adventans operas quaerat, daß man Ihn als einen Frembden zur Arbeit för-
217 dern wolle. Ita enim decebat, post actum de tot alapis, circumductionibus, injuriosisque rhapismatis triumphum, Capitolium istud conscendere, primumque actum possessorium novi status exercere, Legatos ad Optimates

mates sui Corporis destinando, venalesque operas offerendo: quæ sanè felicitas non alii contingit, nisi qui super hoc negocio cum iis, ad quos ea res pertinere creditur, transegerit; ita servatum in causa Mart. Greissens/ Biretarii Numburgensis. Equidem de Peregrinatione, in *libello de Magistris*, 218
quantum ad statum eorum consequendum pertinet, egimus; quia tamen confectio itineris ad Socios pertinet, ad eum finem, ut se ad Magisterium per hoc habilitent, ideò tractatio hujus thematis, huc tanquam ad nativam sedem pertinere videtur: annitemur nihilominus istuc, ne actum agamus, sed ut vel totius materiæ ideam demus, vel certè omissa ibi, heic suppleamus. Consideratur autem *Peregrinatio* vel ut *constituenda*, vel ut *verificanda*. 219
Ibi quidem, tum per suas *causas*, tum per *adjuncta*: Inter illas de *partibus*, Præparatione, Exsecutione, Consummatione quoque agemus: Hæc verò *terminos* à quo & ad quem, tum quoad distantiam Loci tum temporis præfinient.

ANNOTATIO.

* *Duo spatia.* Peregrinatio nimirum boëthorum non istuc tendit, ut in perpe- 220
tuo sint motu, sed ut opificium suum sectentur, operas suis magistris docent, itemque perficiant. Tenentur ergo etiam *Operari*, verum penes extraneos magistros, & istud convenientibus Attestatis ostendere Beier de *Domestic. Opific. Cap. X. th. 3.* Atque idem inculcat Fürstl. Sachsen-Weymarische Bader-Ordnung *Artic. XXVIII.* ibi: Auf daß man auch eines jeden Gesellen und Mitlers Wohlverhaltens versichert, und sie sich in ihren Beruff, mit treulichen Fleiß anzunehmen, desto mehr Ursach gewinnen könten; So soll keiner in Arbeit genommen werden, er wisse denn, daß er sich in seinen Handwercke und sonsten, fromm, treulich und erbarlich verhalten, durch richtige Kundschafften, allwo er zuletzt in Arbeit gestanden, zu beglaubigen und zu bescheinigen.

Thes. II.

Causa *efficiens impulsiva* est *Necessitas* quædam, tum *intrinseca*, videlicet 221
Artis imperfectio, quia vix possibile est, ut intra tempus doctrinæ, plenariè quis artem hauriat, seu ætas & imprudentia juvenilis impediat, seu, quod omnes casus, omnia opera in una officina vix obveniant, seu quod unius Magistri quotidianæ informationis tandem pertæsi, parum proficiamus, nî alteratio quædam accedat. Accedit necessitas *extrinseca* Magisterii præclu- 222
sio, seu, quod Nemo creatur in Magistrum, nisi post manumissionem aliquot annos sit peregrinatus & aliis Magistris operas elocaverit. Limn. *Jur. publ. tom. 1. addit. in Lib. 4. cap. 8. num. 298. pag. 636.* Knipschild. *de jur. & privil.*

223 *privil. civ. Imper. L. 5. c. 2. num. 30.* Quia Peregrinatio ad artificii consumma-
tionem utilis. Lips. *centur. ad German. epist. 99.* Bornit. *de sufficient. rer. tract.
2. cap. 5.* & multis in locis laborando, potest quis fieri perfectior in sua arte.
Reip. autem interest, Habere perfectos Magistros, & illi nihil magis detri-
mentosum potest accidere, quàm si semicocti illi artifices, quorum manus
nec dum callum obduxerunt ab operibus manuariis, antè Magistri evadant,
224 quàm discipuli esse desierunt. Nam, vergeret in præjudicium Reip. si Idio-
tæ & ignari minus experti admitterentur ad exercendam artem, quam non-
dum perfectè didicerunt; unde tradit Besoldus *Thes. pract. verb.* Handwer-
cker / daß die Stümpler an einem Orte schädlich seyn: nim. quia nec alios
docere quis potest, quod ipse non callet; juxta illud: quod quis non habet,
alteri dare non potest, & Nemo potest plus Juris in alterum transferre
225 quam ipsemet habet, E. nec plus artis! Nec artis imperitus de operis alio-
rum potest judicare, ad quod munus tamen sæpe vocabitur; & facile acci-
det, ut vel ex imperitia vel invidia peccet; quum plerumque artis hostes sint
ignorantes. Barb. *thes. loc. comm. Lib. 1. cap. 82. axiom. 5.* juxta dicterium: Ars
226 non habet osorem, nisi ignorantem. Quorsum denique faciunt Mores opi-
ficum, atque statuta Collegiorum manifesta, Peregrinationem verbis ex-
sertis injungentia, eaque quoad locum atque tempus determinantia; sic, ut
nusquam articulos ejus dememinisse observaveris: ut meritò causam hu-
227 jus principalem, Statuta nominaveris. Enimverò, solent aliquando clan-
destinis sollicitationibus ad simultaneam peregrinationem alios invitare, in
odium aliorum Magistrorum; quod speciem habet servi corrupti, adeo-
que peculiarem mulctam constitutam. vid. *Artic. Serar. 8. verb.* Auch soll er
keinen andern von der Arbeit auffsprengen / daß er zugleich Abschied nehme /
und mit ihm wandere. Wer darwieder handelt und kundbahr wird / auch
derselbe sich auffreden läßt / soll jeglicher von beyden 12. Groschen in die Lade
zur Buß erlegen.

ANNOTATIO.

228 * *Sollicitationibus.* Pariter & ipsis magistris sub mulcta opificiaria est interdi-
ctum, ne boëthum alterius officinæ ad peregrinandum aut ad se divertendum
sollicitent. Uti extat apud Fabros Lignarios Cizenses *Artic. XI.* ibi: Wenn
Vermuthung / daß ein Meister dem andern einen Gesellen abspannet / soll das
Handwerck Macht haben / ihn nach Befinden / umb einen Gülden zu straffen.
Wäre es aber / daß der Gesell mit seinem Meister auffrichtig sich berechnet /
und von ihm wandern wolte / soll es dem Gesellen / auch dem Meister / so ihm
Arbeit gegeben / ohne Gefahr und Nachtheil seyn.

THES. III.

Injungitur autem Peregrinatio, *non Tyronibus*: hos enim oportet 229
apud Magiſtros, non in doctrina ſolùm, verum & in officina ſubſiſtere: &
involveret, Apud unum, & Apud plures diſcere: Peregrinari & conſiſte-
re: Complementum ante ſubſtantiam quærere; quia uti dictum, Peregri-
natio ad benè eſſe pertinet, & doctrinam præſupponit. *Neque* verò *Magi* 230
ſtros eâ decet, neque etiam conduceret! Non prius; quia imperfectio-
nem in magiſterio fateretur & propriam turpitudinem allegaret, tanquam
præmaturè Magiſterium ambiiſſet: Niſi peculiarem ſupererogationem
quæreret, ac magis communicandi cum Magiſtris, quam inſerviendi cau-
ſa ad ipſos commigret. Non poſterius, quia dum ab officina ab ſiet, hi, 231
qui opera ipſius uti volebant, dum copiam ejus habere non poſſent, ad
alios Magiſtros ituri eſſent: Niſi itidem mox reverſurus eſſet, atque me-
dio tempore officinam ſuam alii commendaſſet. Reſtat itaque, ut *ſolos*
Boethos ſubjectum peregrinationis habile atque neceſſarium conſtituamus.
Etenim, hi & à vinculo Magiſtri liberati, licentiam quorſum velint abeun 232
di acceperunt, neque dum fixam ſedem conſtituerunt, neque dum artis
gradum ſupremum conſecuti ſunt, neque his pudor eſt Nil ſcire, pudor
eſt Nil diſcere velle: pudor eſſet, ultra locum progredi non audere: quin-
imò, non arbitrarium, ſed neceſſarium peregrinationis ſunt ſubjectum, per
tradita *ſup. n. 222.* Iſta tamen neceſſitas quandoque remittitur: v. g. qui jam 233
ſunt uxorati: Ratio, Ne intuitu opificii diffindamus cohabitationem con-
jugum; neque enim fortiora eſſe poſſunt collegiorum ſtatuta ſtatu matri-
moniali, inſtinctu naturali & inſtitutô divino: In tantum, ut licet vel mi-
nus legitimè ſtatum illum quis orſus ſit: quia medium ad aliquid perve-
niendi diverſum eſt à negocio ipſo: atque ita reſcriptum in cauſa Hanß
Storchs/ Saponarii *21. Aug. 1673.*

Quæritur autem exinde, quorſum referamus Socios peregrinan- 234
tes, aut cui hominum generi accenſeamus? *Utrum* pro vagabundis repu-
tandi? Equidem juventus opificiaria magnam juventutis partem vagando
conſumit; pars eorum etiam difficulter admodum ſubit Magiſtratus loci
imperium, ſubinde ingeminans illud: Non manere ſe uno in loco, ſed
hodie hic, cras verò alibi eſſe, neque ad ſtatuta locorum ſe alligari: Pars 235
denique in tantum oberrandi palandique aſſumunt conſuetudinem, ut
nusquam conſiſtere aut operari velint, daß ſie keinem Meiſter guth thun/
ſed plures atque integros annos diſcurrunt, cæteris domi operantibus libe-
rali exceptione oneroſi, præſertim ubi liberalia uſitata ſunt opificia, ac Ju-

niores exagitant; ſind denen andern mit dem Geſchenck beſchwerlich. Ut
neſciam, utrumne Antiquitas vocabulô Jrrwagen: eos intellexerit? de
236 quo Wehnerus *obſ. pract. dicto vocab. pag. m. 300.* Errovagus eſt erro inſta-
bilis & vagus; Errovagari, vagabundum errare, diſpalare, in nullo certo
locô conſiſtere, hincinde diſcurrere; Alemannis Jrrwagen. Eadem &
compoſitione & origine ſunt Vaganten. Sunt autem hæc & alia id genus
verba, Romanorum in Alemannia reliquiæ, aut certè à Rhætis illata. Gol-
237 daſt. *in Alemannia.* Quanquam mihi genuinum vocabulum videatur, à
Wage, quod Fluctus ſignificat, cujus etiam *Jus Saxonicum* facit mentio-
nem, *Landr. lib. 2. Art. 28.* Wer Holtz hauet oder Graß ſchneidet oder meyet
oder fiſchet in eines andern Mannes Teuch oder Waſſer oder wilden Wage.
Ubi gloſſa: Mercke hie dies Unterſcheid / wilde Wage / heiſt Waſſer / das ſich
weget von dem Winde und anders nicht. Ut adeo wägen ſit fluctuare, inſta-
bilem eſſe, moveri, ſicut libra quoque modò huc, modò iſthuc inclinatur:
ſitque adeo Errovagus, qui motu incerto & ſine fixo termino huc illuc
tranſit, neſcius quorſum tendat aut ubi conſiſtendum habeat; ſecus atque
patresfamilias, qui equidem aliquando ad Nundinas eunt redeuntque,
238 ſemper tamen terminus à quo & ad quem certus eſt. *Hiſce* tamen *non ob-
ſtantibus* Advenas mage & forenſes quàm Errones ac vagabundos Boethos
dixeris; ſic ut conveniri quidem in loco ubi deprehenduntur, ex contractu
aut delicto queant, ſed in hoc tamen à cœteris hominibus neutiquam di-
ſtent. Neque aliquorum mali mores totius ordinis ſtatum poſſint immu-
239 tare: Illud autem, quô nullius loci ſtatutis ſe teneri jactant, non ita contra
illos interpretandum, ac ſi ſemet ipſos vagabundos conſtituerint: Cum
verum in illa ipsa Joh. Varisci causa censuit *17. Septembr. 1679.* Nach Aussage gedachten dritten Artickels/ Impetrant ein übrigs gethan/ und das Hand-
309 werck ihn ohne waigern einzunehmen schuldig. Quod decretum postea, cum Symbolum factæ Sollicitationis acceptare recusarent, den Muth-Groschen nicht annehmen wollen / ob hoc, quod per biennium non sit peregrinatus; cum tamen per quinquennium, ex quo aliunde huc accesserat, heic perstitisset, fuit confirmatum, additâ mulctâ decem florenorum *24. Septemb. eod. anno*, alioquin deterioris ille conditionis futurus esset, quovis eorum pue-
310 rô. Nimirum ratio omnis in vero articuli sensu sita esse videtur, cujus Conditores isthuc sine dubio respexerunt, Ne tam facilis à tyrocinio ad Magisterium sit transitus, ac tam brevi distent interstitiô; Tum etiam, ut extra locum Scholæ ac disciplinæ se conferant, alio sole calefiant, seu potius
311 alio vento perflentur, nec nidum redoleant, maternum. Duo hæc si adsint, nihil est, quod per Articulum illum impediantur; adsunt autem in eô, qui ad alios quam quos Magistros habuit, transiit, licet apud hos solos spacia debita compleverit. Ac videntur nobis illi, qui etiam a loco in quo Magisterium quis ambit, peregrinationes exigunt institui, fallaciam compositionis dividendorum committere; vel certè, quod de loco Doctrinæ dispositum, de loco Magisterii exaudire.

ANNOTATIONES.

312 * *Trimestre.* Aliquando brevius tempus statutum habetur. Uti est in Chur-Sächsischer Weißgerber-Ordnung de anno 1661. *Artic. XXIX.* ibi: Würde auch ein Geselle von seinen Meister, bey dem er in Arbeit stehet, und der seiner bedürfftig ist, Urlaub nehmen, der soll 4. Wochen von der Stadt wandern, und bey keinem Meister ehe nicht umbschauen und arbeiten, dabey sich die beyderseits Meister Rheinische und Rößler vergleichen, einen oder den andern, er sey Meister oder Geselle 14. Tage auff Hoffrecht arbeiten zu lassen.

313 * *Filii Magistrorum.* Pariter & de fatalibus ipsis peregrinatoriis Magistrorum filiis aliquid solet esse remissum, sed itidem hac in re Articuli Collegiorum maximè variant. Alia enim Collegia *unicum* tantum peregrinationis annum iisdem concedunt, uti Pannifices Cizenses *Artic. XXV.* ibi: Und weil, wie erst gesagt, eines Meisters Sohn, nach ausgestandenen Lehr-Jahren, ein Jahr wandern soll, ehe er zum Meister an und auffgenommen wird, Aurifabri Cizenses *biennium* imponunt *Art. I.* Eines Meisters-Sohn soll an keine Zeit zu arbeiten verbunden seyn, aber doch zwey Jahr gewandert haben. Alia *triennium* quidem exigunt, sed ita ut duos annos status socialis domi apud patrem magi-

magistrum, unum peregre transigere debeat. Prout habet Chur- und Sächs. Weißgerber-Ordnung confirmata à Johanne Georgio II. Electore Sax. de anno 1661. *Artic. VII.* Sollen alle diejenigen, sie seyn Rößler oder Reinisch, so das Handwerck richtig ausgelernet, und vor offener Lade loßgesagt, nach Handwercks-Gebrauch sich in Gesellen-Stand begeben, 3. Jahr nach einander richtig verwandern Inmassen denn eines Meisters Sohne gleicher Gestalt drey Jahre in seinen Gesellen-Stande, und zum wenigsten ein Jahr in der Frembde, die andern zwey Jahr aber beym Vater, oder wo es ihm sonsten beliebet, zubringen soll.

CAPUT V.
De Hospitatura & diversorio.
Von der Herberge.

Conspectus.

Litteræ Systaticæ mercatorum n. 314.
Significationes vocis Diversorii Herberge *Opificum explicantur n. 315. & seqq.*
Hospitaturæ munus est publicum n. 320.
Hospitium præbent vel Magistri n. 321. 322. 323.
Vel Sodales n. 324.
Vel in diversoria publica collocarunt n. 325.
Ratio diversorii Opificiarii adducitur n. 326.
Abusus hospitaturæ ejus privatione coërcetur n. 328.
Hospitatura designatur à Collegio n. 329.
Certus locus semel electus non potest dein præteriri n. 330. & seqq.
Socius advena non potest de platea abduci n. 334.
Nec ante portas invigilare permissum n. 335.
Usus diversoriorum inter Opifices n. 336. & seqq.
Proventus ad conservationem diversorii deputati n. 339.
Peregrinatio non est in solis popinis consumenda n. 340. 341.
Recepta pecunia Ziengeld *explicatur n. 342.*

THES. I.

Equidem peregrinaturus prudenter agit, non antè discedendo, quam 314
sciat quorsum tendat; unde Mercatorum ac Pharmacopœorum boe-

 thi

thi, ut plurimum expectant invitationes, aut literis utuntur systaticis; id quod inter Artifices, & aliquando Opifices etiam rariores accidit, werden verschrieben / Plerisque autem obvenit illud: Quò me fata trahunt! atque
315 incertum est, ubi proxima nocte permansuri sunt. Nihilominus & huic malo est prospectum, ac vel ad Magistros sui opificii, vel hospitia ad hoc deputata diverti permittuntur. Est autem *Diversorii* nomen, die Herberge / inter Opifices non unius significationis, sed regulariter quidem *denotat* (1.) Locum, quo peregrè adventantes se recipiunt, ubicunque demum sit, sive Magistrorum unus domum suam huic usui præbeat, sive hospitium
316 publicum sit: Quia tamen in illo ipso loco conventus suos, & quæ, opificii sui ratione, in commune expedienda habent, exercere solent; ideo Diversorium apud eos (2.) *denotat* locum, quorsum Senior Sociorum per Juniorem cœteros convocare solet, communium negociorum expediendorum gratiâ: quod plurium statutorum articulis confirmari potest. Ord.
317 Scriniar. *Artic. I.* Sollen alle Sonntage nach Ausgang jedes Monats / oder alle vier Wochen / die Gesellen auff der Herberge zusammen kommen. Serariorum *Artic. 2.* daß er die Gesellen und Jünger auff die Herberge fordere. & *Artic. 3.* so sollen sie den Sonntag darauff vor zwölff Uhr auff der Herberge
318 zusammen kommen. Denique quia commune est eorum refugium, etiam in caussis domesticis, seu cujuslibet privatis, cœpit ab iis *diversorium* (3.) *vocari* locus, quorsum se quovis eventu conferunt, sive Magistrum seu Hospitem mutare, seu res suas alias curare velint. Etenim Sartores, ne vestimenta sua alibi quam in diversorio sarcire permittuntur; ad omnis generis fraudes, Turbationem præprimis, evitandas.

ANNOTATIO.

319 * *Diversoria publica.* Huc spectat Innung des geschenckten Handwercks der Nagel-Schmiede in Franckenhausen *Artic. I.* ibi: So ein Geselle allhier in Franckenhausen kömmt, soll er in keines Meisters Hauß einkehren, sondern er soll in ein Wirths-Hauß zu schicken, nach Handwercks-Gebrauch, und den Ohrten-Gesellen einen Bothen schicken, bey Straffe 1. Gr. 6. Pfen. Sponte tamen recipere socium adventantem Magistro permissum est, sine ordinario diversorii jure. Prout provisum est in Ordinatione Pannificum in Electoratu Saxoniæ de anno 1545. *Artic. XI.* ibi: Wenn der Schern-Schleiffer in eine Stadt kommt, so soll er nicht bey dem Meister, sondern in einen Gast-Hoff, oder sonsten seiner Gelegenheit nach, einkehren, und daselbst um sein Geld zehren, doch soll das Handwerck dem Schleiffer, aus der Laden, nach ihren Ermessen, eine Verehrung thun. Da aber ein Meister den Schleiffer vor

sich

ſich ſelbſt haben und auffnehmen wolte, das mag der Schleiffer thun, und da-
ſelbſt umb ſein Geld zehren, doch daß es nicht aus Pflicht, ſondern aus Guth-
willigkeit der Meiſter geſchehe, und in ihrer beyder Willen und Gefallen ſtehe.

THES. II.

Hoſpitaturæ munus eſt publicum, adeoque ſicut nemo facile pro 320
lubitu eam ſuſcipere atque exercere, Ita neque cuivis integrum eſt, ubivis
& apud quemvis divertere, ſed Collegia hoc ſibi ſumſerunt, ut loca deſi-
gnarent: idque non absque cauſa; nim. ad æqualitatem inter Sodales ſer-
vandam, tum oneris, Hoſpitium præbendi; tum occaſionis, Socios nan-
ciſcendi. *Ad* præcavendam etiam ſuſpicionem, æmulationem atque invi-
diam. Igitur *apud quosdam* hoſpitium præbent ipſi Magiſtri, ſoletque mu- 321
nus hoc eſſe *ambulatorium* plerumque ſpaciô menſtruô mutandum: & ſtu-
dioſè curare debet is, ad quem ea res pertinet, ut juſtus ordo juſtumque
ſervetur ſpacium, alioquin negligentia ipſius ſuô quoque erit periculô;
monendus tamen antè, tum etiam corrigendus ac denique compeſcendus.
Sed, quid ſi domeſtica eum impediant negocia? Nil movet, ſi etiam Pieta- 322
tis ſint officia; quia ſi tanta ſint, ut ſupereſſe nequeat, aliis committet,
aut veniam rogabit. Ita in cauſa Joſt Krafft contra Nicol. Vatern Efſeda-
riorum *19. Martii 1679.* decretum: Weil Beklagter ſelbſt geſtändig / daß er 323
die Herberg am verſchienem Sonntag fortzutragen verſäumet / und Klägern
mit Ohrfeigen begegnet / ſoll er / ſeines Einwendens ungeachtet / daß er ſelbi-
gen Tages zum Heil. Abendmahl geweſen / 30. Groſchen Straff erlegen / und
Klägern eine Abbitte thun ꝛc. Die Herberge aber und der Geſelle mit ihr / ſol-
len künfftigen Sonntag fortgehen / und die Ordnung im Schwang erhalten
werden. *Alii* munus hoc uni ex Sodalibus *continuò* gerendum committunt, 324
ut ſi quæ ſint incommoda in receptione ſingulorum, eo ſarciatur compen-
diô, quod dictam hoſpitaturam comitatur: atque ita ſervant penes nos Su-
tores, Piſtores, & antehac plura Collegia; quæ tamen ut plurimum iſthuc
reſpexerunt, ut in Suburbiis eſſent, haben die Herbergen vor die Thore ge-
leget. Sed *quædam* Collegia ſe ſuosque munere hoc ita excuſſerunt, ut *in* 325
diverſoria publica ſuburbana tranſtulerint ſua diverſoria, haben ihre Herber-
gen in die Gaſt-Höfe vor den Thoren geleget: prout ſub Media Luna ſunt Se-
rarii, ſub Angelo flavo divertunt alii.

ANNOTATIONES.

* *Non absque cauſa.* Cujus ratio præterea in eo conſiſtit, ut ita omnes otioſæ 326
obambulationes, comeſſationes præcaveantur & ſtatim boethi adventantes
ſuum magiſtrum & operas recipiant, & inde otium noxium evitetur. Unde

N 2 quo-

quoque tales socii peregrinantes inviti etiam ad nomina sua in diversorio profitenda obligantur, idque multo magis, cum publica Imperii Sanctione tale habeatur dispositum. Prout extat Reformatio Imperii Politica de Anno 1548. *Tit. 37. §. 2.* ibi: Dieweil in dem Heil. Römis. Reich teutscher Nation, gemeiniglich in Städten und Flecken, darinn bißher geschenckte und ungeschenckte Handwercker gehalten worden, von wegen der Meister-Söhne, Gesellen, Knechte und Lehr-Knaben, viel Unruhe, Wiederwillen, Nachtheil und Schaden, nicht allein unter ihnen selbst, sondern auch zwischen denselben Handwercks-Meistern, und andern, so Arbeit von ihnen ausbereit, gemacht und gefertiget haben sollen, von wegen des müßigen Umbgehens, Schenckens und Zehrung, derselben Meister-Söhnen und Handwercks-Gesellen, entstanden sind: Demnach wollen wir, daß in denselbigen geschenckten und ungeschenckten Handwerckern, als viel der in den Heil. Reich in Städten, oder andern Flecken, in Gebrauch, die Handwercks-Gesellen, so jährlich, oder von Monat zu Monat, von ihnen denen frembden ankommenden Gesellen die Dienst begehren, umb dieselbe Dienst zu werben, und zu andern bisher erwehlet worden, in alle Wege abseyn. Wo aber jemand von denselben frembden ankommenden Handwercks-Gesellen, in einer oder mehr Stadt oder Flecken ankommen, Dienst oder einen Meister begehren, der soll sich allenthalben, dessenthalben, bey seines gelehrten Handwercks Zunfft oder Stuben-Knecht, oder wo keine Zunfft oder Stuben wäre, bey der Handwercks-Gesellen angenommenen Wirth und Vater, oder bey dem jüngsten Meister, so desselben Handwercks, oder bey denjenigen, so von einer jeden Obrigkeit darzu verordnet worden, oder werden möchten anzeigen, welcher Zunfft- oder Stuben-Knecht, oder angenommener Wirth und Vater, alsdenn vor sich selbst, seinen Knecht oder jüngsten Meister, mit getreuen Fleiß, und wie der Ort Gebrauch ist, denselben ankommenden Handwercks-Gesellen umb Dienst und einen Meister umbsehen und bewerben, in aller massen wir hiebevor die erwehlte Handwercks-Gesellen und Knechte zu jederzeit gethan haben. Doch soll innund nach dem allen, das sämtliche Schencken und Zehren, zum An- und Abzug, oder sonst in andere Weiß, keineswegs hinfürter gestattet werden.

327 * *Ambulatorium.* Uti extat in Statutis Collegii Linificum Dornburgensis confirmatis à Duce Bernhardo anno 1675. *Artic. XVI.* ibi: Vor die Gesellen soll eine gewisse Herberge angeordnet werden, damit sie wissen mögen, wo sie einkehren sollen; Ein jeder Meister soll auch die Herberge vier Wochen haben, von dem Aeltesten biß zu dem Jüngsten, und so fort.

*Soda-

* *Sodalium.* Hoc tamen casu præcavendum est, ne quis illo hospitationis mu- 328
nere abutatur, si fortè talis in præjudicium aliorum, advenas diutius clam
habere velit, neque denunciet sat cito Collegio, quo casu, hospitatura ipsi
potest adimi. Uti habet Decretum Senatus Jenensis Mense Jul. 1691. Verb.
Weilen Christoph Kittelmann, durch Zeugen genug überführet, daß er die
Gesellen-Herberge bißher zu seinen Vortheil, hingegen aber seinen Mit-Mei-
stern zu schaden, sich bedienet, auch über die in der gnädigst-confirmirten In-
nung 3ten Articul gesetzte Zahl, mehr Gesellen, und zwar heimlich, auff den
Boden in Arbeit gehabt. Als ist er nicht nur die Gesellen-Lade, demjenigen
Meister, welchem das Handwerck solche zueignen wird, alsobalden wegzuge-
ben, und wegen Ubertretung obberührten Articuls zwey Gülden zur Straf-
fe, nebst ietzo verursachten Unkosten zu erstatten schuldig.

THES. III.

Neque ea in re Sociorum est electio aut arbitrium, verum à Colle- 329
giis Magistrorum dependent, tum in ipso Jure, Diversorium habendi, tum
quoad subjectum aut Locum, ubi velint. Ita Scriniariorum Socii, diver-
sorium à Magistris suis impetrasse, dicuntur in *præfat. Statut. suorum: ibi.*
Den Gesellen uff ihr öffters selbst eigen Erinnern und Begehren / weil unter 330
ihnen allerhand Mißverstand die zeithero sich ereignen und einreissen wollen/
umb Abhelffung derer / nicht allein eine Herberge / wie an andern Orten
bräuchlich / rc. Et quando semel certus locus ac Hospes constitutus, aliô 331
diverti minimè est integrum; In tantum, ut nec ad Magistrorum unum,
qui non simul Hospes sit, Dominum autem Parentem vocant, den Herr
Vater / se conferre liceat: prout Fabri ferrarii, quando olim adhuc con-
juncti erant, statutorum suorum *Artic. 14.* dispositum habebant: Kömmt 332
ein frembder Geselle gewandert / auff obgedachter Handwercke einem / der
soll uff der Herberge / und sonst nicht in eines Meisters Hause einkehren. Id
quod hodienum servant Serariorum Socii: Wenn ein frembder Gesell oder
Jünger hieher gewandert kommet / soll er in keines Meisters Werckstadt ein-
kehren / sondern gleich nach der Herberge zu gehen / und den Vater umb ein
Nacht-Lager ansprechen. *Artic. 14.* Inter Perarios & Acuarios distinguitur, 333
ut, si plures sint in uno loco Magistri, hoc procedat; & Socius adventans,
diversorium publicum ingrediatur: sin unicus, statim seu directò ad illum
accedere debeat. *Artic. 4.* cujus diversitatis ratio pendet ex *supra n. 321.* di-
ctis, quia inter unum nulla collisio, invidia, suspicio, sicut inter plures es-
se possunt. Quorsum quadrat Sartorum *Artic. 28.* Ne quis Magister So- 334
cium peregrinantem de platea directò secum operandi causa domum ab-

ducat, sed ut Socius prius ad Hospitem seu Patrem suum se conterat, à quo ad eum ablegabitur, qui primus eum rogavit. Verba sonant: Es soll kein Meister einen Wanders-Gesellen auf der Gassen annehmen/ und heimführen/ daß er ihm arbeite. Sondern der Geselle soll erst zum Vater gehen. Und soll der Vater solchen Gesellen dem Meister folgen lassen/ so zum ersten zum Vater umb einen Gesellen geworben.

ANNOTATIO.

335 * *Abducat.* Multo minus permissum est ante portas invigilare, & adventantes boëthos intercipere, prout provisum est in Ordinatione Pannificum Electoratus Saxoniæ de Anno 1545. *Artic. XVI.* ibi: Soll einer dem andern die Gesellen nicht abspannen, noch mit Gelde übergeben, sondern wie gewöhnlich und Herkommens ist, nach den Tagen- oder Wochen-Lohn. Ingleichen soll auch ihr keiner die Gesellen vor den Thoren bestellen oder bestellen lassen, sondern die Gesellen mögen nach ihren Gefallen zu denen Meistern einkehren.

THES. IV.

336 *Usus* diversoriorum est, tum singulorum privatus: isthuc enim se conferunt, qui operas suas elocare satagunt, etiam si peregrè non adventent, sed in loco hactenus fuerunt, à Magistris autem dimissi sunt. Wenn ein Meister einem Gesellen oder Jünger Abschied geben/ und er noch länger in Arbeit sich aufzuhalten Beliebung trägt/ der soll uf die Herberge gehen/ den Vater ansprechen/ daß er zum Oerten-Jünger schicken wolle/ ꝛc. Serariorum
337 *Artic. 12.* Ibi res cœteras privatas curant, vestes sarciunt, prout inter Sartores moris esse, jam *suprà* diximus; Sanitatis item curam gerunt, nisi peculiarem domum huic usui destinaverint. Sicut Sutorum boëthi suô ære ædiculam extra portam Lobedanam compararunt, ac matronam inquilinam constituerunt, quæ curet ægrotos. Quandoque & hilaritatis gratiâ in diversorio apud Patrem, cùm id ei placere animadverterint, conveni-
338 unt. Potissimus autem *usus publicus* est, congressuum habendorum gratiâ, cum mores opificiarios cupiunt exercere Handwercks-Gewohnheit halten: quod singulis mensibus fieri consuevit ordinariè, vel citiùs, si casus emergat moræ impatiens. Erit itaque diversorium Locus tum recipiendorum singulorum, tum agendorum congressuum gratiâ, communi sumtu & au-
339 toritate destinatus. Ad conservationem diversorii certos proventus deputari consultum est. Ita Scriniarios fecisse, animadverto ex eorum *Artic. antepen.* Wie die Einlage anzuwenden. *Verbb.* Was vor Einlage/ so wohl an Straff-Gelde in der Gesellen-Lade kommen wird/ soll zu Erhaltung
340 der Herberge angewendet/ ꝛc. Ultimò tamen hoc notandum, quòd Pere-

grina-

grinatio non in solis diversoriis aut popinis consumi debeat, sed opus sit, ut artis perficiendæ causa officinas Magistrorum frequentaverit, suasque illis operas locaverit: Daß er dem Handwerck nachgezogen / & quidem regularibus: die Wander-Zeit muß bey ehrlichen Meistern verbracht werden. vid. *supr. n. 278.* & *infra n. 566. in f. & seqq.* Quando E. Michael Schorcht fassus 341
erat, quòd Lanii Colbergenses suô tempore Jus Collegii non habuerint, movebatur ipsi controversia status, tunc, quando petebat Jura Magisterii. *17. Maji anno 1659.* Verùm, non attendebat Serenissimus, sed admittendum rescribebat. Inter ipsosmet tamen limitatur, ut per quatuordecim dies irregulari liceat operari. De quo alibi *n. 474.*

ANNOTATIO.

* *Proventus.* Eodem pertinet recepta in nonnullis Collegiis pecunia, quæ vo- 342
catur Ziengeld, item quod pro inscriptione in matriculam solvitur. Uti est in der Innung des geschenckten Handwercks der Nagel-Schmiede zu Franckenhausen *Artic. V.* ibi: Es soll auch der Jhrten-Geselle dem frembden Gesellen 3. Groschen Ziengeld abfordern, 1. Groschen Einschreibe-Geld, und 6. Pfen. Stock-Recht, und so es der Jhrten-Geselle versiehet, so soll ers erlegen.

CAPUT VI.

De Epocha peregrinandi.

Conspectus.

Tempus quoque in peregrinatione opificum spectari debet n. 343.
Ejusque duratio attendenda n. 344. & seqq.
Spatium illius temporis variat n. 349.
Super defectum epochæ peregrinatoriæ transactio cum Collegio permittitur n. 350.
Modo justa & probata adsit causa n. 351. & seqq.
Si defectus sit notabilis Principis dispensatione opus est & emenda pro parte Collegio cedit n. 356. 357. 358.
Probare quis debet tempus peregrinationis exactum n. 359. & seqq.
Ratio & formula attestandi declaratur n. 362.
Origo hujus declaratur n. 364.
Formula irregularium n. 365.

THES. I.

343 SIcuti peregrinatio *terminos* suos habet ratione loci à quo, locum scilicet doctrinæ, & ad quem, exteras officinas: Ita quoque *ratione Temporis*, quod longè certius est definitum, prout *sup. n. 305.* dictum: de quo, postulante sic ordine, agemus: ac licet plura jam alibi dixerimus, quando inter requisita Magisterialia recensuimus: factum tamen id fuit incidenter & alieno quasi loco, per applicationem quandam; sed hic ex professo tracta-
344 tur theoreticè, & pro complemento materiæ quædam repetuntur. Restabat nimirum de Duratione peregrinationis dicere, quòd ea certo circulo atque epocha sit inclusa, quam absolvere tenetur, quicunque legibus opificiariis semel se submisit: oportet autem Abiturientes de hoc informari, ut notitiam legis accipiant, nec ex ignorantia contra eas peccent; sicuti
345 etiam Scriniarii alicubi disponunt. vid. *supra n. 261.* Dum hoc omissum, non rarò accidit, ut agentibus ex lege Magistris, excipiatur de Ignorantia: v. g. Sartores candidatum ex capite Non absolutæ epochæ peregrinandi repellere satagebant; quòd spacium trimestre ad sexennium deesset, & sic justò
346 maturius rediisset. Excipiebat ille, se dudum satis abfuisse, neque grave sibi futurum fuisse, dum scisset modò Quantum temporis, illud supplere; Neque enim tam ex desiderio patriæ, (quam tantô spaciô dememinisse didicerit,) quàm ex errore & nescientia temporis rediisse. Sanè non ita ex
347 rigore cum his agendum. Atque ita quoque in causa Joh. Andr. Mischwitz adversus Collegium Sartorum *d. 16. Jan. 1675.* rescriptum. Ubi hoc notabile observaveris, Nihil de redimendo residuo dispositum, quod tamen in
348 aliis causis neutiquàm præteritum. Ratio forsan, quòd nihil de eo in Statutis illorum dispositum, quòd item defectus ille, in relatione ad totum spacium, valdè exiguus: Minima autem non curet Prætor; tum denique, quia spacium trimestre residuum, prius quam inter Candidatos nomen suum professus esset, apud Magistros jam transegerat.

ANNOTATIO.

349 * *Duratione.* Epocha hæc peregrinatoria omnino variat; In quibusdam locis *Annus* est præstitutus. Uti habet Churfürstl. Brandenb. Policey-Ordnung im Hertzogthum Magdeburg de Anno 1688 *Cap. XXVI. §. 11.* ibi: Da nun ein Lehr-Junge ledig gezehlet worden, soll er nicht ehe zur Meisterschafft gelangen, er habe denn zuvor die Wanderschafft angetreten, und wenigstens, nach ausgestandener Lehr-Zeit ein Jahr in der Frembde, auch ein halb Jahr, bey einem oder mehr Meistern, desselben Ortes, wo er das Meister-Recht zu erlan-

erlangen, gedancket, gearbeitet, von welchen halben Jahr jedoch derjenige, so eine Meister-Wittbe oder Tochter zu heurathen gesonnen, befreyet bleibet, Secundum Constitutionem Brunsuicensem Ducis Georgii Wilhelmi de anno 1692. in dem Reglement der Handwercker *num. IV. biennium* vel *triennium* est præstitutum, ibi: So soll auch ein solcher Geselle, dessen Kunst oder Handwerck, eine mehrere Ubung und experience erfordert, (denn von denen geringen Handwerckern, welche das Ihrige an dem Ort, wo sie es gelernet, eben so gut, als an frembden Orten, fassen und sich perfectioniren können, solches nicht zu erfodern) zur Meisterschafft nicht zugelassen werden, er hätte denn auff solche seine Kunst und Handwerck, und zwar nach deren Beschaffenheit zwey, drey oder mehr Jahr gewandert.

THES. II.

Istud tamen tenendum, quòd Candidatus propter defectum ali- 350
quem, non præcisè denuò ad peregrinationem sit ablegandus, sed desuper transigere atque *defectum redimere* queat. Nam, si annos peregrinationis ipsos & in solidum emendare valet, kans verstraffen / prout N. Schach / Sutoris filius, & ipse Sutor, non ita pridem ad Magisterium citra omnem peregrinationem admissus; cur non & eorum partem? Igitur neutrum ex- 351
tremorum valet, ut vel planè non teneatur peregrinari; vel ob minimum defectum possit repelli; sed nec tamen sine omni emendatione admittendus. Ita rescriptum in causa Hansen Rosts / Lanii *d. 30. April.* & confirmatum *d. 25. Maji 1661.* nec non in causa Gottfr. Brauers / pro filio suo Philippo, Sartore *d. 28. April. 1674.* & in causa Hansen Vogtlanders / Lanii *1679. 17. Octobr.* Sed duplex notetur *Declaratio.* (1.) ut justa subsit causa: quæ 352
vel generaliter saltim innuitur, ut in dicta Braueri causa: Ihr wollet wegen der dabey fürlauffenden Umständen &c. vel specialiter, Commiseratio, ut in alleg. causa Rostiana, in Erwegung seines armseeligen Zustandes und grossen Unvermögens &c. vel specialissimè, Ægritudo corporis; ut in causa Daniel. Herwigs / filii nomine, adversus Colleg. Vitriariorum rescriptum *5. Mart. 1677.* Eaque causa verosimiliter doceri debet, sicuti Balneator A. K. pro 353
Herwigio attestatus, & Senatus in relatione sua secutus erat, quod phlegmaticus, & sanitas ipsi inconstans sit, adeoque singulis annis purgando, venæsectione, scarificatione & sim. probè sibi prospicere teneatur; quorsum & respexit rescriptum: Dieweil sichs denn befindet &c. (2.) quod uti- 354
que & hôc casu emenda quædam debeatur, verùm tolerabilis & modica; juxta rescriptum in causa Rostiana, gegen Empfahung eines leidlichen Abtrags; repetitum, verbis: mit einem leidlichem und ihm erträglichem an Geld

O erse-

355 ersetzen/ & in causa Narisci: billigen Dingen nach/ quam eventualiter Magistratus arbitrabitur, ut in causa Herwigs permissum. verb. welche ihr allen falls ex æquo & bono auff ein gewisses selbst zu arbitriren wissen werdet. Unde quando Collegium Cultrariorum, unius anni defectum octo Imperialibus æstimaverat, Senatus intercedendo, sex imperialibus redimendum
356 censuit, in causa Jac. Schmids *19. Mart. 1677.* Quod si defectus sit notabilis, ut Principali dispensatione opus sit, partem emendæ Camera sibi vendicat, residuum Collegio relinquit; prout in *sup.* memor. causa Braueriana factum, verb. gegen Erlegung eines gewissen quanti vor die noch übrigen Jahre/ welches eine Helffte in unsre Fürstl. Cammer/ die andre Helffte aber ge-
357 dachter Zunfft zukömmet rc. Ubi tamen observandum, quòd Epocha peregrinationis, unà cum Sollicitatione seu Imploratione per intervalla reiteranda, pro admissione & receptione, dem Muthen/ condonetur ac remittatur uxoratis; usque eo, ut licet illegitimè ad matrimonium pervenerint: prout rescriptum *21. August. 1673.* in causa Joh. Ciconiæ, Saponarii. Nimne dividatur cohabitatio matrimonialis.

ANNOTATIO.

358 **Redimere.* Nec tamen talis dispensatio circa annos peregrinationis propria Collegii autoritate potest expediri, verum ex Rescripto Principis indulgenda. Contrarium affectantes pœnam incurrunt. Quo spectant Litteræ Regiminis Franckenhusani Schwartzburgici in Sachen der Schneider-Zunfft daselbst den 22. Aug. 1687. in sequentibus formalibus: Es ist aus neulich von hier unter den 21ten Jul. erstatteten Bericht bekannt, daß die Schneider hiesigen Orts einen Gesellen solches Handwercks das Meister-Recht per dispensationem propria autoritate, ohne vorhergegangene gnädigste concession conferiret. Und von uns deßwegen dahin condemniret worden, daß dasjenige, was sie von dem jungen Schneider, an Dispensations-Geldern erhalten, dem Gräfflichen Ambte allhier verfallen seyn solte. Es hat aber der Hochgeb. U. G. Herr befehlen lassen, das Handwerck in 20. Thlr. Straffe hierüber zu condemniren. Concordat Churfürstl. Brandenb. im Hertzogthum Magdeburg publicirte Policey-Ordnung de anno 1688. *Cap. 26. §. 12.* ibi: So aber rechtmäßige Ursache vorhanden, daß einem oder andern an der Wanderschafft oder denen Jahren, die er bey denen Meistern mit Arbeit zubringen soll, etwas nachzulassen, soll dasselbe nicht durch die Zünffte, sondern jedes Orts Obrigkeit beschehen.

THES. III.

359 Quoniam tamen in facto consistit, utrum quis tempus à lege definitum

tum absolverit, non immeritò quisque paratus est ad *docendum* illud, si desideretur, tempore Magisterii consequendi: quia nim. per hoc se qualificat ad characterem Magisterialem consequendum: Docebit autem pro 360
ferens *attestata Magistrorum* quibus inserviit. Sed hoc ita, si & Magistri fuerint idonei seu regulares, & tempus fuerit completum; alioquin ad reiterandam & absolvendam peregrinationem remittetur. Datô autem, quòd filius Magistri relaxatione quadam epochæ gaudeat, nihilominus tamen super spacio residuo producere attestata tenetur; nî velit & ipse repudium experiri. v. g. Laniorum filii, vigore statutorum, unicô peregrinan- 361
tur annô, hunc ipsum tamen docebunt: per rationem, quòd cætera, quæcunque de statutis non sunt mutata, maneant firma. Ita Senatus in causa Andreæ & Davidis, Patris & filii, Knupiorum *29. Decembr. 1676.* Ratio attestandi ex sequenti formula patescit: Unsern freundlichen Gruß / wünschen 362
wir Meister und Gesellen des löblichen Handwercks der Kambmacher allhier in des Heil. Römis. Reichs Stadt Nürnberg / allen und jeden Meister und Gesellen / die des Handwercks redlich seyn / und geben euch hiermit zu vernehmen / daß heint dato für uns erschienen ist der Ehrsame Gesell / mit Nahmen Hans Ruprecht von Breßlau / mit Vor- und Anbringen / wie er Lust hätte / Handwercks wegen an andre Orthe sich zu begeben; derowegen ihm Kundschafft / seines ehrlichen Verhaltens von Noth seyn wollen. Wenn wir denn sein Ansuchen vor unbillich nicht erkennen können. Als geben wir ihme mit dieser offenen Kundschafft Zeugniß / daß er von ehrlichen Meistern und Gesellen allhier ist ehrlich und redlich abgeschieden: Hat sich auch die Zeit über / so lang er allhier gearbeitet gehabt / also verhalten / wie es einem ehrlichen und redlichen Gesellen gebühret und wohl anstehet. Bitten derowegen / ihr wollet diesen obgedachten Gesellen Hanß Ruprecht von Preßlau / Handwercks-Gewohnheit und alles Gutes erweisen. Solches wollen wir auch thun allen ehrlichen Meistern und Gesellen / so uns zu handen kommen / &c.

ANNOTATIONES.

* *Docendum.* Sicuti hoc expresse injungit Gothaische Landes-Ordnung *Part. II.* 363
Cap. 3. tit. 38. ibi: Auch sollen die Gesellen von ihrer Wanderschafft, wenn sie Meister werden wollen, glaublich beybringen, daß sie die Jahre derselben wahrhafftig aufs Handwerck angewendet, und sich mittler weile anders nicht, als erbar und fromm verhalten.

* *Attestata Magistrorum.* Dicitur hoc ipsum Attestatum Kundschafft, quod ni- 364
mirum per fatale consuetum operas penes probatos magistros tractaverit, & bene se in functionibus suis gesserit; Quod maxime exhibere est necessarium,

 si Ma-

si Magisterium ambiat. Originem hujus Attestati deducunt à litteris Clericorum commendatitiis, quales peregre ituri opus habebant, quibus etiam destituti non recipiebantur, neque pro talibus agnoscebantur juxta *l. 22. §. 1. C. de Episc. & Cler.* Dare hæc solent non magistratus ordinarius, uti est in Litteris natalitiis, sed Collegia cujusvis Opificii Conf. Beier in *Advoc. Opificiar. Cap. 32. th. 18. 19. 20.*

365 * *Regulares.* Atque in hunc finem ne boëthi forte ignari in magistros irregulares incidant, solet ejusmodi Attestatis, quæ boëthis doctrinæ & servitii causa dantur, per modum appendicis annecti Catalogus irregularium, cujus formulam exhibet Beier p. m. *de Colleg. Opific. Cap. XVIII. th. 9.*

CAPUT VII.

De Excipiendis Hospitibus & Tessera.

Conspectus.

Hospitaturæ & tesseræ inter opifices necessitas n. 366. & seqq.
Origo denominationis der geschenckten Handwercker *item vocabuli* Schencken *declaratur n. 370. 371. 372.*
Hospitaturæ munus diversum ab exceptione solenni n. 374.
Das Ein- und Ausschencken *explicatur n. 375.*
In quo consistat, determinatur n. 376. & seqq.
Juniores sunt immunes ab hospitatura n. 380.
Magistri quid præstent hospitaturæ loco n. 384.
Muneratio aliquando in peregrinantem recidit n. 385.
Ex ratione ætatis qui excusentur à munere n. 386.
Quomodo in petendo & præstando munere soleat procedi n. 387. & seqq.
Distributio onerum hospitationis n. 392. & seqq.
Tempus accersendi hospitaturam definitur n. 401.
Solennis advenas excipiendi formula apud Essedarios n. 402.
Respondetur rationibus dubitandi ad casum superius propositum n. 403. & seqq.
Casus, quibus onus symboli in alios rejicitur n. 414.
Ubi exceptiones advenarum sociorum sint peragendæ n. 415. 416.
Quando & quoties exhibendum sit munus n. 417. 418.
Res, in quibus consistit tale munus hospitaturæ n. 419.
Locus exhibendæ tesseræ opificialis variat n. 420.

Tempus tesseræ est plerumque pomeridianum n. 421.
Exceptiones tesserariæ sunt necessariæ, juxta consuetudinem, non æque jure scripto n. 423. & seqq.
Defensionis argumenta contra Recessus Imperii allegantur n. 432. & seqq.
Rescriptum Mauritii Electoris Saxoniæ circa Opifices n. 441.
Modus se gerendi circa exhibitiones tesserarum opificialium n. 442. & seqq.
Privilegia Tonsorum panni Silesiæ n. 448.
Pœna pecuniaria in immodestos est statuta n. 449.
Causæ denegandi munus tesserarium allegantur n. 450. & seqq.
Boethi an tributis publicis possint onerari n. 466.

THES. I.

PEregrinandi necessitas, cum ex lege & more Sociis incumbat, ea verò 366
sine adminiculis ægerrimè perficiatur, ad duo potissimum respectus habendus, tum ut *media* suppetant, tum ut *scopus* obtineatur. Illa sunt pecunia, potus & hospitium. Hic verò est Artis perfectio, ex operationibus consequenda: quare, ne destituantur, videndum fuit. Equidem decebat, 367
unumquemque his instructum esse, aut à negocio cui impar, abstinere: sed uti dictum, peregrinationes Sociis incumbunt ex necessitate, & egenis plusquàm cœteris; cum, qui mediis abundant, sæpius domi remaneant, & onus hoc redimant, ægrè à prædiis suis discessuri, juxta illud: Ubi Thesaurus tuus, ibi & cor tuum! Ut soli fermè abeant, quibus res angusta domi, atque abeuntes omnia sua secum portant. Igitur tantò magis his pro- 368
spiciendum fuit; accedente præprimis ipsorum Magistrorum interesse, qui absque Sociis parum possint proficere, & si, quos habuerunt discipulos, etiam retinere velint Socios, non solùm à peregrinatione abstraherent, verùm etiam in tanta penuria non habituri essent electionem, sed cogerentur tales retinere, quales hactenus habuerunt, donec fierent exercitatiores; sanè non absque utriusque incommodo. Unde quædam collegia suas has vo- 369
luerunt partes esse, atque introduxerunt Munus foris adventantes Excipiendi, tum Hospitio, tum cibo quoque & potu, atque insuper remunerandi; Vocarunt quoque Socios ibi operantes in consortium, ad quos potissimum ea res pertineat, quorum gratia id esset institutum, quive vel jam fruiti sint simili beneficio, vel fruituri, nec ullum olim prætermituri. Atque 370
hinc nomen illis *Collegiorum liberalium*, der geschenckten Handwercke fuit agnatum, cœteris, simili munere non defungentibus, Unschencken illiberalibus dictis. Quæ autem unius vel alterius sint generis, aut quæ aliæ differen-

371 ferentiæ, *suô locô* dicendi occasio erit. Hoc in præsens notandum, quod germanica vox Schencken aliquando idem quod *Fundere* significet, quo sensu Collegia vel opificia illa à fundendo viderentur appellata, quod potum liberalem præbeant, sicuti non rarò totus actus fundendo, bibendoque absolvitur: Aliquando generaliori significatu *Donationem* atque liberalitatem denotat, qualis & hic ultra potum in hospitio atque pecunia consistit.

372 Convenientius igitur à Donatione seu liberalitate duxeris nomen; quanquàm & hoc accedat, quod voc. verschencken frequentius usitatum sit illis, in aliis quoque actibus, dum statum mutant & ex Tyronibus Socii evadunt, den Jünger-Nahmen verschencken dicuntur, & Symbolum quod Veteranis tunc exhibetur, den Lehr- oder Gesellen-Braten verschencken appellant.

ANNOTATIONES.

373 * *Necessitas.* Nimirum uti hospes in diversorio publico peregrinantes *invitus*, tanquam ex officii semel professi, necessitate, suscipere tenetur; *Ita quoque* inter opifices, constitutus ad recipiendum, obligatur ad hoc *vi professionis* opificiariæ. Pertinet autem & hujus determinatio originarie ad Principem, sicuti & ille de Recipiendis hospitibus opificibus peregre adventantibus & Collegium certum ambientibus statuere potest. Prout habet Relatio Commissariorum Jenensium de dato den 10. Jun. 1663. ibi: Weilen in Eurer Hochfürstlichen Durchl. gnädigsten Willkühr einig beruhet, neue Handwercker, und anietzo das Zeugmacher-Handwerck aufzunehmen, dieselben zu privilegiren, und bey sothaner Bewandniß ein Handwerck dem andern, in gewissen Stücken etwas nachgeben muß. So stehet auch zu Eurer Hochfürstl. Durchlaucht. gnädigsten Gefallen, ob bey so beschaffenen Dingen, dem Handwercke der Zeugwürcker zum besten die Leinweber, die Tuchmacher, des durch die Niederländischen Kammer bißher sich gebrauchten Wollkammens, und des wollenen Garn-Handels müßig gehen, und denn die Zeugwürcker dergleichen, so zu ihren Handwercke nicht, sondern dem Tuchmacher- und Leinweber-Handwercke eigentlich gehörig, unterlassen.

374 * *Hospitio.* Atque hoc hospitaturæ munus in se diversum est ab exceptione illa solenni ac solenni muneratione; Illud enim est pluribus opificiis commune, & magis ad officium aliquod humanitatis opificiariæ, quam ad solennitatem muneris spectat, atque etiam simpliciter fit, sine solenni formula ac ritu. Extat hac de re in Ordinatione Pannificum Electoris Saxoniæ de anno 1545. *Artic. XVI.* ibi: Wenn auch ein Gesell gewandert kommt, und zu einen Meister einkehret, soll ihn der Meister, oder seines Abwesens sein Weib oder Gesinde

sinde eine Nacht herbergen, und nicht zu einen andern weisen, oder durch sein Weib oder Gesinde wegweisen lassen, auff den Abend eine Mahlzeit, und auff den Morgen eine Suppen oder Frühstück geben, und ihn also da er seiner nicht bedürffte, fürter wandern lassen, doch daß der Geselle sein Handwerck zuvor beweise, und dann mit des Meisters oder seines Weibes und Gesindes Wissen, abschiede und dancke. Da aber derselbe Meister seiner Arbeit bedürffe, und ihn darumb ansprechen würde, so soll er ihm acht Tage um die Gebühr zu arbeiten schuldig und verpflicht seyn. Fiele aber böses Wetter ein, oder wären sonsten Ursachen vorhanden, daß der Geselle einen Tag oder zweene verziehen wolte, das soll er bey des Meisters guten Willen erhalten, darinnen sich auch ein jeder nach Gelegenheit wohl wird zu halten und zu erzeigen wissen.

THES. II.

Præsens liberalitas consistit in excipiendis atque iterum dimitten- 375
dis peregrinantibus, quam germ. vocant das Ein- und Ausschencken. Sed posterius mihi *duplex* esse videtur, non abeuntibus modò, verùm adventantibus præberi solitum, adeoque alteri illi Einschencken / tanquam solenni exceptioni, præmitti: quod ita demonstratum dabimus: Quam- 376
primum extranei Socii aliquo in loco appellunt, suumque adventum his qui in loco morantur intimant, is ad quem munus tunc temporis pertinet, ad locum diversorii accedere, ac non verbis solum; verum symbolô quodam excipere eos obligatus est, quod Ausschencken vocant, dixeris Auslöhsen; & in uno alterove cantharo cerevisiæ consistit. Fit ejus 377
mentio apud Carpzov. ad *p. 4. C. XII. d. 8.* ubi captivus, ob Magistrum suum pugione confossum, Socius peregrè adventantibus *invito* hospite se junxisse, symbolô eos excepisse, secum in domum adduxisse arguebatur, quantumcunque injuriarum adversus occisum evomitarum haud ignarus; ut adeò rixa omnis & malum occasione illorū exortum fuerit. Daß sich der gantze Hader wegen der frembden Gesellen erhoben / dessen der Gefangene nicht geringe Ursach gewesen / daß er sich nicht allein zu denselben wider des Meisters willen gehalten / sie ausgeschanckt & seqq. Sed *ut diximus*, exiguum 378
hoc munus, & coeterorum intuitu minus solenne ac generale est, omnibus isthac transeuntibus porrigendum. Coetera *solennia* dico, quia ut *infrà* constabit, & ampliora paulò sunt, & cum ceremoniis & verbis solenniter prolatis offeruntur & acceptantur, vocanturque inde das grosse Eingeschenck / das grosse Ausgeschenck: & ne species desit, quod muneri decedit, verbis mage exornatur, das hochlöbl. Ein- oder Ausgeschenck / & ab objecto Bier vel Wein / Ein- oder Ausgeschenck dicitur. Prius quidem quod *Ex-* 379
ceptio-

ceptionem appellare liceat, Das Eingeschenck / neque cuivis neque confestim sub primum adventum; sed illis demum porrigitur, qui operas ibidem nacti, & tum quidem, quando per quatuordecim dies operati sunt; Planè uti & posterius, Das Ausgeschenck / quod *Propempticum* vocabimus, neque cuivis transeunti, sed his, qui ultra tres menses ibidem operati sunt, sub discessum, tanquam charitativum & poculum valedictionis praebetur.

THES. III.

380 Munera haec & liberalitates inter Collegia munifica, ut ita loqui liceat, generatim quidem usitata sunt, sed *ad quem* speciatim id *pertineat*, cum adsint Magister, Socii Veterani, Juniores & Mediastini, videndum habemus, maximè, cùm adpareat, quosdam, ut velint, ne admitti; alios contra
381 detrectantes, conquerentes, invitos teneri. Ante omnia tenendum, *Juniores* esse immunes, dörffen kein Geschenck halten; non est quaedam eorum praerogativa, sed inhabilitas: Activè tamen munerum, quanquam quoad medietatem solum, sunt participes, haben halbe Schencke: prout *sup. n.*
382 *89. seqq.* dictum. Redundat ergo onus omne in Veteranos & *Magistros*. Et hos posteriores quidem quod attinet, existimo, subjectum nativum ac necessarium harum praestationum esse, utpote quorum causâ id omne coeptum atque introductum, damit sie jederzeit mit Gesind versehen seyn möchten / prout etiam casu, quo nulli tunc in loco Socii reperiuntur, soli hoc onus tolerare obstricti sunt, & si arca non sufficiat, collecta instituitur. Sta-
383 tut. Marsup. *Artic. 2.* Unde etiam qui novissimus eorum est Jungmeister / operas adventantibus procurare ac circumspicere teneatur: die Umbschaue verrichten / ex quo etiam Orten-Meister vocatur; pari ratione quâ Orten-Gesell vel Orten-Jünger / cujus inter Socios id muneris est: Sed quia nihilominus temporis progressu Socios in partem vocarunt, atque hi ipsi passi hoc sunt, non immeritò retinetur; quia non minus illorum inter-
384 esse versatur. Ita autem *repartitio* quaedam facta, ut Magistri juxta Coenam etiam Tectum, Socii autem pecuniam praebeant; dum tamen non & ipsi noviter accesserint, sed ultra 14. dies commorati fuerint. Et vocantur hi Socii quibusdam opificiis Ordens-Gesellen / uti apud Ephippiarios, ac repraesentare dicuntur Magistrorum filios, ad quos, deficientibus illis hoc munus recurreret: Illi vero Socii quibus munus exhibetur, dicuntur
385 Schenck-Gesellen / tanquam Beschenck-Gesellen. Accidit tamen, ut muneratio in ipsum peregrinantem recidat, quando videlicet operis atque Magistrô potitur, remunerari decet hunc qui lustratione defatigatus fuit. Ita caverunt Scriniariorum Socii *sub rubr.* von dem Oerten-Ambt und Zuschicken

schicken der Gesellen. *ibi:* Wenn er nun Arbeit findet/ so soll er dem Orten-Gesellen 2. Gr. 8. Pfen. zum Zuschicke-Gelde erlegen.

ANNOTATIO.

* *Immunes.* Similiter aliquando & ætatis ratione excusantur Magistrorum filii 386 missi cum reservatione immunitatis. Uti dispositum legitur apud Lorarios Cizenses *Artic. XI.* ibi: Es soll aber ein solcher freygelassener Meisters-Sohn nicht schuldig seyn vor dem achtzehenden Jahr seines Alters, in die Schencke zu gehen, oder die Auslösung der frembden Gesellen zu thun.

Thes. IV.

In petendo atque præstando hoc munere, ita solet *procedi*, ut Pere- 387 grinus, ex quo ad diversorium accessit, Patrem seu Hospitem roget de accersendo Juniore, seu Magistro, seu Socio; quoniam Sociorum defectum supplent Magistri. Sic ulterius Scriniarii *d. l.* Wenn ein Gesell gewandert kömmt/ und nach dem Orten-Meister- oder Gesellen geschickt hat/ so sollen sie 2c. add. Stat. Serarior. *Artic. 15.* Ubi comparuerit illorum unus, petit se- 388 cundum mores opificii tractari, man mög ihm Handwercks-Gewohnheit wiederfahren lassen. Atque hoc multis verborum circumlocutionibus formulisque contingit; uti credo, in eum finem excogitatis conceptisque, Tum ut certus isque necessarius sermo sit, cujus sensus quoque planus, ne forte arbitrarius transeat in amphibolicum, variisque litibus præbeat ansam, unô sic acceptante, altero aliter interpretante. Tum ut omnia fiant 389 ordine atque decenter. In ejusmodi autem formulis studiosè compositis, verosimiliter plus decoris ac nervi est, quàm in tumultuariis; maximè inter opifices, qui manu magis quam ore sunt industrii. Et hæ sunt formulæ, quas Veterani Juniores in receptione edocere solent. So mit Urlaub 390 und Gunst/ mein Gesellschafft/ so wird dir von mir und meinen Gesellen/ deßgleichen auch Jüngern die allhier in Arbeit stehen/ verehrt als 6. Groschen 8. Pfennige/ aut quantum moris est, zum kleinem Geschenck/ damit du kaust einem ehrlichen Meister zu ziehen/ und einen unehrlichen meiden. Und nimb mit vorlieb/ das Kloster ist arm/ der Brüder sind viel/ der Abt trinckt selber gerne/ und wünsche dir Glück zum kleinen Geschencke. Ad *Modum* quoque perti- 391 net, quòd Munera vel conjunctim vel divisim; & modò ex ordine, modo per sortem præstentur. Sic Hospitationem aliquando Magistri, h. e. cibum & lectum; symbolum seu pecuniam Socii præbent. Et Hospitatio quidem seriem Magistrorum pertransit: pecunia autem ex arca sumitur, aut collecta instituitur. Sociis alicubi pars ex arca rependitur. *Quæritur* autem, 392 si contingat in aliqua civitate, vel certo civitatis Collegio moris esse, ut So-

cii commorantes, die in Arbeit stehende Gesellen/quos aliqui etiam Ordens-Gesellen vocant, ac filios Magistrorum repræsentare dicunt, Adventantes excipiant, plerique autem Magistri Socios aut nullos, aut nunquam ultra
393 quatuordecim dies alant, intra quos sunt immunes; Unus autem eorum duos habeat filios, utrosque idem opificium edoctos, ac transacta peregrinatione apud Patrem commorantes, sic ut onus aliquando triplicatum in eum redundet, suo quidem nomine cibum ac lectum, filiorum autem nomine pecuniam præbendi, *Annon* inde iniquitas arguenda, & mutatio quæ-
394 renda, & quodnam circiter remedium inveniendum? Qui casus equidem studiò sic compositus, nunquam autem dabilis esse, adeoque Domitiana quæstio videbatur: Attamen in facto contigit; sic, ut cœteri Magistri non solum onus sentirent nullum, verum & horum onera redundarent in alte-
395 rum. Unde petiit, ut onus, quo unus facile supprimeretur, distribuatur in plures; ac sicuti Hospitatura sit ambulatoria, Ita & Symbolum seu tessera pecuniaria officinis imponi, & juxta seriem ab illis, (Socios alant an nullos) præstari debeat, daß solche Vorgeschencke von jeder Werckstadt oder Meister/ er habe Gesellen oder nicht/ auff die Reihe herumb/ wie auch das
396 Nachtlager/ denen frembden Gesellen gereichet werden solle. Potiora *fundamenta* desumta erant (1.) ab æquitate & possibilitate. Multitudo laborantium parit facilitatem laborum viel Hände machen leichte Arbeit. (2.) ab utili; quod & in decrepitos Magistros & singulorum viduas sit redundaturum. (3.) à simili & solito; quia enim Diversorium Sociis præbeatur à
397 Magistris, cur non & Symbolum? Cœtera, incidenter observata, erant, Quod (4.) hoc onus non solum in eum solú redundaret, dum cœteri Magistri aut nullos aut non ultra quatuordecim dies, quibus recentes operarii sint immunes, alant Socios; Ille autem filios suos secum habeat, quos non ut illi extraneos, singulis 14. diebus ab se expellere queat: Verum tanto auctius, qvum hieme adpropinquante frequentiora sint Sociorum itinera.
398 (5.) Quòd cœteri Commagistri vegeti adhuc, laboribus ipsimet præesse atque Sociis carere queant; sed Impetrans senectute superveniente utique indigeat. (6.) Accedat quorundam Sociorum insatiabilitas, qui ultra quam moris est, in diversoriis consumant ac nihilominus liberari gestiant; quò casu, si denegetur, (7.) odium horum & convitia, quandoque & minæ, in eum solum redundent; in quibus non raró a cœteris Magistris ani-
399 mentur. Videbatur (8.) clandestina cœterorum invidia & occultus metus subesse; dum non parvum præ illis habeat compendium: Binos filios-Socios simul in eadem officina alere, & celeriter operas expedire: mox il-

los

los ubi dominis innotuerint, Magistros sistere, & sic cæteris operas abstrahere: qua de causa supprimendi essent aut dissipandi, ut præ indignatione discederent a patria. Faciebat denique (9.) quod hospitationes, excepti- 400
ones, symbolisationes, tesseræ tanquam exactiones illicitæ, Jure Cæsareo alioquin sint prohibitæ: Concordante *Ord. provinc. Elect. Sax. de An. 1550. Tit.* von denen Handwercks-Leuten §. daß die vers. als auch in der Käyserl. quæ subinde usque huc confirmata; quinimò Exceptiones illæ, Viennæ ac Noribergæ expirasse dicebantur.

ANNOTATIONES.

* *Accersendo.* Et quidem etiam circa hoc tempus legitimum est observandum, 401
ut non fiat horis matutinis ad laborandum fortè maximè aptis. Unde tempore pomeridiano fieri hoc debere, dispositum legitur in der Innung des geschenckten Handwercks der Nagel-Schmiede zu Franckenhausen *Artic. III.* ibi: Es soll auch kein frembder Geselle, vor 2. Uhr nach den Oehrten-Gesellen schicken, bey Straffe 1. Groschen 6. Pfennige.

* *Formulis.* Solennis advenas excipiendi formula inter Essedarios hæc est: 402
467 PEregrinationes, ut liberalium artium Studiosi instituunt, morum expoliendorum, adquirendæ prudentiæ civilis, augendæque experientiæ causa; ita non minus artium mechanicarum addiscendarum cupidi, opus habent, officinas primorum Magistrorum egredi, aliò se conferre, ut mores ex nativa opificiorum indole crudiores deterant, & quid alibi rerum
468 ad suam professionem pertinentium agatur perdiscant. Nescio enim quam arctam inter se cognationem habeant Peregrinatio atque Experientia, quam præ aliis, Germanus vocabulorum consonantia voluit innuere, &
469 hanc ab illa quasi derivare. Nam Experientia Erfahrung à vehendo, migrandoque dicitur duciturque vom Fahren / quod itionem, peregrinationemque significat. Nam Germanus voculâ fahrt non itionem modò in genere, ut in illo ancillarum nostrarum: Eine fahrt Wasser / quantum aquæ unâ itione duobus congiis afferri potest: item Commigrationem seu transitionem de domo ad domum, habitationum permutationem, in illo Umbfahren & si de loco ad locum extraneum fiat, Abfahren / unde Abfahrts-
470 Geld / jus detractus: Verum Peregrinationem in specie denotat, quando dicit

dicit Aliquem in itinere esse, proficisci, auff der Fahrt/ auff der Reise seyn/ peregrinari. Unde Studiosi peregrinantes, fahrende Schüler quondam dicebantur, quales hodie per contemptum, propter abusum dicimus Vaganten: quòd totam vitam circumeundo aliis molesti sint, ad scopum autem nunquam perveniant. Neque enim vel Boëthus, seu Opificum Soci- 471
us, obambulando alienas provincias aliud discet, quam quot civitas hæc vel illa portas, turres, templave habeat, quot Magistros artis suæ ibi salutaverit, quot viduarum filiarumque occasione licuerit ad Collegii participationem venire: in ipsa autem arte nullos vel minimos fecerit profectus. Quare hoc ipsis agendum est, ut operandi occasionem nanciscantur, quo 472
niam hactenus à Studiosis artium ingenuarum differunt; quòd hi ad prudenter agendum, illi ad operandum dexterè & expeditè tendant. Non licitum autem est illis, inter peregrinandum operas, suis auspiciis peragendas, suscipere, alioquin pro Turbatoribus habebuntur, sed Magistris eas dedicare tenentur, ut *supra* dictum. Sed nec pro lubitu ac quorsum illi 473
velint, conferre se permittuntur, in tantum, ut nec Diverti sit integrum ubi velint, sed quò destinata sunt diversoria, seu privata seu publica. Idque ad varia inconvenientia præcavenda: Figulus Figulo invidet, & regnat inter opifices invidia; Æqualitati ergò, quantum potest, studendum.

Dum itaque noluerunt Opifices, hoc ad Advenas pertinere, neque 474
tamen magis citra Socios, quam Socii citra Magistros esse possunt, peculiaris introducta fuit huic negocio *Functio*, cujus *materiale* consistit in circumspiciendo & indagando officinam vacuam, seu Magistrum Boëtho indigum, ac vocatur germ. das Umschauen/ Umwarten/ Zuschicken. Ablegatur ni- 475
mirum aliquis ad Magistros ejus loci; ac dum per circulum quasi ad omnes eundum, & responsum cujusque expectandum est, inde vocabula illa exorta, ac tandem in terminos artis conversa, unum tamen præ aliis in unoquoque Collegio vel loco obtinet: Primum apud Serarios & plerosque a- 476
lios, ultimum apud Scriniarios observavi, medium autem in inchoatis Cingulariorum articulis *n. 6. verbb.* Auch soll den frembden Gesellen oder Jüngern allezeit von der ältsten leeren Werckstadt biß zur jüngsten umb Arbeit umbgewartet werden. *Formale* autem in eo consistit, quod sit Munus suo 477
modo publicum, seu Collegiale, quod communi consensu & autoritate quasi publica, ex Jure opificiario, seu scripto seu consuetudinario, Corporatorum aliquis suscipere, Si ritè deferatur, ac quæ isthuc pertinent, tam diu expedire, aliquando suo sumtu tenetur, donec alterius surrogatione liberetur: germ. das Oertten-Amt; de quo ex professo *alibi*.

ANNO-

ANNOTATIO.

478 * *Ad advenas pertinere.* Prout expresſè diſpoſitum eſt in Statutis Collegii Linificum Dornburgenſis confirmatis à Duce Bernhardo anno 1675. *Art. XVIII.* ibi: Wenn ein Geſell zum erſten in Arbeit ſitzet, der ſoll einen Stuhl-Groſchen in die Lade zu erlegen ſchuldig ſeyn; Ein jeder Geſell der gewandert kommt, ſoll bey dem Vater auff der Herberge einkehren, wohin er gewieſen, und ſich durch die Geſellen umb Arbeit ſchauen laſſen. Im Fall aber kein Geſelle vorhanden, alsdenn ſoll der jüngſte Meiſter umbſchauen, und ihn einbringen, und alſo kein Geſelle auſſer der Herberge ſich ſelbſt in Arbeit ſetzen, bey willkührlicher Straffe des Handwercks.

THES. II.

Quod ad *ſubjectum* attinet, Cui Munus hoc deferendum, aut Cui ex
479 naturali ratione incumbat, *duo* ſunt, qui veniunt in conſiderationem, Magiſtri & Optiones; & utrinque vel Primi ſeu Seniores, vel Noviſſimi, qui regulariter Juniores ſunt. Nam ubi de cœtero æqualitas eſt, ad ſolum
480 tempus reſpicitur, & qui prior tempore, potior jure. Quod autem *Magiſtri* præ Sociis luſtratione defungi debeant, militare videtur, quod cauſa illorum potisſimum agitur, quia vel multitudo negociorum, vel gravitas laboris Adjutorem unum pluresve in quavis expoſcit officina; jam verò decet, ut quisque quærat ſi quo opus habet: juxta proverbium germ. Wer
481 des Feuers bedarff/der ſuchts in der Aſchen. Neque infrequens eſt, in aliqua civitate nullum, certi opificii tunc temporis exiſtere Optionem: Igitur, niſi carere iis Magiſtri malint, utique ſuſcipere hanc itionem oportebit. Maximè verò in civitatibus amplis ac populoſis, ubi difficile eſt Boëthis, pro tempore ibidem operantibus, omnes officinas eorumque Magiſtros noſſe; aut ſi ſciant, totum penè diem obambulando terere, domi vero Magiſtri operas negligere.

482 Enim verò, non minus *Boëthorum* intereſt, conductores nanciſci Magiſtros; nam grave admodum ac tædioſum futurum eſſet otium in diverſorio, poſt moleſtias itineris devoratas ac marſupium evacuatum; Eſto enim, Magiſtrum unum itemque alterum, indigere Optione; Niſi tamen
483 offeratur aliquis, attamen extra officinam propterea iturus non fuiſſet. Ita quippe nobiſcum comparatum eſt, ut quæ quærere extrema non impellit indigentia, licet opus habeamus, tamen protrahendo differamus, utcunque vitam, familiam, officinam trahendo tolerandoque: ſin caſu ſe ac ſponte præſentent, tanquam fato oblata amplectamur: nimirum emas non quod

quod opus est, sed quod necesse est: corpora pascere multa proximus ad paupertatem via est. Et, si vel maximè unus atque alter Magistrorum opi- 484
dò indigeat Sociô, si tamen nemo circumspexerit, ad nullius venit cognitionem? Cœteri autem Magistri parum id curabunt, dum ipsis modo nihil deficiat; adeoque id evenit, ut nisi Boëthi quoque Sodalium suorum curam, lustrando sciscitandoque suscipiant, plerosque Advenas ita uti appulerunt, discedere rursus oporteat, non Magistrorum opis indigorum minori, quam egenorum peregrinantium malò. Concludimus ergo, propter 485
commune interesse, *utrosque* in excubiis stare, & *primò* quidem *Boethos*, tanquam re & communi indigentia conjunctos, onus istud suscipere debere; quia quisque eorum simile ministerium ab Optionibus, alibi opificio insistentibus, expectat, & jure quodam suo postulat: naturale autem est, ut quod tibi velis fieri, aliis facias; & qui commodum sentis, toleres qualecunque incommodum. Atque ita ferunt solennes formulæ inter Optio- 486
nes usitatæ: So will ich dich gebethen haben / wollest mir Handwercks-Gewohnheit wiederfahren lassen / und darnach umbschauen / es stehet heut oder morgen wieder zu verschulden / ists nicht hier / so ists anderswo. Neq; vero onus hoc in solidum incumbit Sociis; quippe Magistros, dum illi Sodalium suorum gratiâ obambulant, interea domi feriari, & opera eorum carere oportet. Quod si tamen casuum *supra* oppositorum unus eveniat, ut vel nullus 487
eo tempore Optio in ea civitate reperiatur, vel ratio loci non permittat, Sociis exspaciandi occasionem suppeditare, aut Magistri ea in re minus fidei tribuant Boethis, tanquam ex affectibus lustrationem perficiant, tunc utique res ipsorum Magistrorum agitur, nec superest tempus aliis committendi, quod ipsi peragere possint.

Stabunt ergo *Magistri post principia*; Atque hoc superest tractare, ad 488
quem eorum hoc pertineat? Senioribus equidem cura hæc incumbit, ut omnia ritè fiant, ut æqualitas inter omnes servetur; id enim jurasse videntur, quo tempore caput Collegii constituebantur: quia tamen inter Directionem & Ministerium differentia est, & Juniori incumbit Ministrum esse Collegii, meritò ille hoc munus subit; Vocaturque tunc Oerten-Meister: 489
perinde uti ex Optionibus qui partes hasce tuetur, Oerten-Gesell / vel Oerten-Jünger dicitur. Nominis rationem alio loco investigaturi; istud modo hic addimus, Ad curam expeditionemque ejus pertinere, statis temporibus, debito loco præstò esse his qui peregrè adventant, ac operas suas ibi elocaturi sunt. Statut. Boeth. apud Serarios, *Artic. 11.* Soll der Oerten- 490
Jünger alle Sonntage von XI. biß XII. Uhren / bey Straff 6. Groschen auff

der Herberge / wie auch bey Zusammenkünfften fleißig auffwarten / und vernehmen / ob frembde Gesellen / so nach Arbeit sich umbschauen lassen wolten / vorhanden. Impeditus Vicarium substituet, aut mulctam expectabit; uti practicatum contra Hanß Conrad Eylenstein / Optionem Essedariorum: adprobante postmodum Senatu *18. Junii 1675*.

ANNOTATIO.

491 * Orten-Gesell. Similiter extat inter Articulos der Innung des geschenckten Handwercks der Nagel-Schmiede zu Franckenhausen *Art. IV.* ibi: Es sollen auch die Oehrten-Gesellen, dem frembden Gesell, nach Handwercks-Gebrauch und Gewohnheit umb Arbeit schauen, und ihm die leere Werckstetten erzehlen, wobey der frembde Geselle eine Werckstett frey hat.

THES. III.

492 Sed hæc omnia exaudiri velim, si non *Tertium* invenire possint, aut ex lege adhibere teneantur. Sicuti prius illud, Negociatorum Collegia quorundam locorum faciunt; posterius autem Opifices potissimum tangit, ut quibus per *Reform. polit. Augustan. 1530. Tit. 39.* von Handwercks-Söhnen / Knechten und Lehr-Knaben / §. 1. injunctum, ut opera in eo utantur Mini-
493 stri à Collegio vel Magistratu constituti: abolitis planè Veteranis. Verba textûs, Optionibus id muneris abrogantia sonant: Demnach wollen wir / daß ihnen / denselben geschenckten und ungeschenckten Handwerckern / als viel dern im Heil. Römis. Reich in Städten oder andern Flecken in Gebrauch / die Handwercks-Gesellen / so jährlich oder von Monat zu Monat / von den frembden ankommenden Gesellen / die Dienst begehren / umb dieselben Dienst zu werben / und zu ändern / bißhero erwehlet worden / in alle wege abseyn. Ad
494 verbum repetita *Reform. polit. Augustan. 1558. Tit. 37. §. 2.* quæ denuo transscribere non est opus: quoad sensum autem & remissivè *R. J. August. 1551. §. 83. seqq.* nec non *R. J. 1559. §. 76.* item *R. J. August. 1566. §. 178.* & *R. J. Spirens. 1570. §. 152.* denuò ad Verbum *Ord. polit. Francof. 1577. Tit. 38. §. 2. in fin.* repetitum per compendium *Ratisbon. 1594. §. 125.* Surro-
495 gati autem in eorum locum quatuor alii, Ministri videl. Collegiorum Stuben-Knecht / Hospites diversoriorum Socialium, quos Patres vocant, Magistri novissimi, ac denique si cui Magistratus hanc curam demandaverit: & quidem non cumulativè, conjunctim & per concursum, sed subordinatè ac per surrogationem sive successionem, & in casu deficientium aliorum.
496 *Verba textûs* sunt: Wo aber jemand von denselben frembden ankommenden Handwercks-Gesellen in einer oder mehr Stadt oder Flecken ankommen / Dienst oder einen Meister begehren / der soll sich allweg von solcher Sach wegen / bey desselben seines gelehrten Handwercks-Zunfft- oder Stuben-

den Knecht / oder wo keine Zunfft / oder Stuben wären / bey desselben Handwercks-Gesellen angenommenen Wirths oder Vaters / oder bey den jüngsten Meistern / so jederzeit desselben Handwercks sind / oder werden möchten / anzeigen: quæ verbotenus extant *Reform. polit. August. 1548. Tit. 37. §. 3.* item 497
R. J. August. 1559. §. 77. pr. necnon *Ord. polit. Francof. 1577. Tit. 38. §. 3. suprà* allegatis locis tantum implicitè & remissivè. Eo tamen, in modo laudatis locis cum apposito, ut surrogati noviter in locum Veteranorum, ea omnia lustrando prospiciendoque Advenis de operarum consecutione peragant, quæ cœteris illis quondam incubuerunt. Verba textus *in dict. Reform. polit. August. 1530. Tit. 39. §. 1.* ita habent: Derselben Zunfft / oder Stuben-Knecht / 498
der angenommene Wirth oder Vater / oder Verordnete für sich selbst / oder durch seinen Knecht / oder jüngsten Meister / soll auch alsdenn zu jederzeit mit getreuem Fleiß / und wie der Orth der Gebrauch ist / demselben ankommenden Handwercks-Gesellen / umb Dienst und einen Meister sehen und werben / in aller maß / wie hievor der erwehlten Handwercks-Gesellen und Knecht zu jederzeit gethan. Iterata *dict. Reform. polit. August. 1548. Tit. 57. §. 3. circa fin.* & 499
Rec. Imp. August. 1559. §. 77. circa fin. Ordinat. polit. Francof. 1577. Tit. 38. § 3. med. atque dubium non est, quin uno atque altero loco ita quoque fuerit introductum, & cum utrorumque, tam Magistrorum quam Sociorum commodo servetur: Ut mireris forsan, *quare non ubique* servetur, aut qui fieri potuerit, ut adversus tot sanctas severasque Constitutiones, Opificum mores contrarii potuerint subsistere? Quod si tamen consideres, Veteranos 500
illos seu sponte, seu ex Collegiorum suorum voluntate, aut jussu Superiorum, de pristinis, si quæ fuerunt, exactionibus aliove rigore, si non in totum recessisse, multum tamen remisisse, totum adeò negotium in illud, quod modo *à n. 479.* descripsimus, temperamentum concessisse, deprehendes, Sanctiones illas ad præsentem statum minus pertinere; quia omnia exaudienda sunt Rebus sic stantibus, seu in eodem statu permanentibus.

Thes. IV.

Lustratio illa seu circumspectio fit in gratiam tum Magistrorum, tum 501
etiam Sociorum, eorumque aut peregre adventantium, aut recens missorum, qui tamen diutius subsistere optant; adeoque sicut verus Dominus publiciana usurus actione, habitum B. F. Possessoris induere tenetur, deposita tantisper veri Domini persona; ita & illi Peregrinantis speciem assumere, & sub ea lustrationem impetrare opus habent. Sunt autem duum 502
generum, *alios* enim Magistri tanquam Pueros miserunt de doctrina & claustro disciplinario, *alios* tanquam Socios de Conductione operarum, haben

ihnen Abschied geben: utrosque si voluptas cœperit ulterius ibi commorandi, oportet ad diversorium Collegii se conferre, müssen auff die Herberge gehen / atque rogare ut sibi *tanquam peregrinis* operæ quærantur, und sich vor frembde Gesellen lassen umbschauen / vel: daß man ihn als einen Frembden
503 zur Arbeit fördern solle. Sub hac tamen *declaratione* ipsis gratificandum, dum (1.) moribus opificiariis se submiserint; ac rationem sui status, conditionis ac doctrinæ reddiderint, neque enim cui lustratio incumbit, aliter eam suscipit, quam in hæc omnia diligenter inquisiverit: neque minus promiserint, quantum in ipsis, morum suorum fore se observantissimos. Daß sie Handwercks-Gewohnheit wolten helffen stärcken und nicht schwächen. (2.)
504 Si operas petens antehac ibid. locorum in operis steterit, ut germanissimô utamur, in Arbeit gestanden / trimestri minimum abfuerit spacio; ita caverunt inter se Boethi Serariorum *Artic. 19.* Sollen die Gesellen so allhier keine Arbeit bekommen / und einmahl das Geschencke gehoben / unter ein Viertel Jahr nicht wieder kommen / das Geschenck auffs neue zu heben / bey Straff
505 doppelter Schencke / rc. Cujus *rationem* reddimus *tum a* Ne idem iisdem nimium sit molestus, nicht zweymahl vor eine Thür kommen: *tum b* ne mendicitati adsuescat, & ab operis planè desistat. Weil sich viel liederliche müssige Pürschlein auffs Ausschencken verläßt / keine Arbeit begehrt / und nur den andern beschwerlich fällt / ist etlicher Orthen eingeführt / nur ein Ehren-Trunck /
506 ein paar Maaß Bier reichen zu lassen. *Tum c* Ne Variatione sua prioribus præjudicet Magistris, seu quantum Famam, seu quantum ad Rem familiarem: Nam maturatô reditu suô Socius significaret, solùm dicis gratia peregrè se abiisse, ut prætextus esset discessui à priori; reverà autem meliorem se quæsivisse in eadem civitate Magistrum: oportere igitur subesse causam
507 occultam & defectum aliquem. Quinimo *d* brevi reversus, omnes pristini Magistri sui Correspondentes atque operarum dominos novit, ac transitu ad aliam officinam secum transfert, ziehet dem Meister die Kunden ab / und bringt die Arbeits-Herren in eine andere Werckstadt: Ultra istud tempus autem absente eo, status rerum interea potest esse mutatus, & plerique
508 domini alios jam opifices invenisse. (3.) *Declar.* dummodo Socius Magistro suo non ipse valedixerit: quia tunc aut urbe exire, aut ad illum ipsum desertum Magistrum suum mittere tenetur: Secus si fecerit, expelli per illum ab aliis potest: quòd si tamen ulteriores operas tunc deneget, aut alias pace ipsius semel ad alium pervenerit, pellere postmodum nequit. Ita Senatus in causa Hansen Starcken contra Günther Müncheroden / Serario-
509 rum *12. Januar. 1677.* per *ordinat.* eorum *antiq. Artic. 22.* Nimmt ein Gesell selbst

selbst Abschied / und geht auff die Herberge / muß er entweder zum Thor hinaus / und darff nicht lassen umbschauen / oder muß zum vorigen Meister am ersten wieder schicken. Giebt ihm der keine Arbeit / oder ist sonst zu frieden / daß er bey einem andern Meister in Arbeit trete / oder hat ihm selbst Abschied geben / so kan er ihn nachgehends nicht aufftreiben. (4.) Dum, si plures itineris 510
comites, ab invicem divelli patiantur. Nam si unus absque altero suscipere operas recuset, non est obstrictus Lustrator operas iisdem quærere: ita Boethorum apud Serarios *Artic. 15.* cavetur: So aber ihr mehr als ein Frembder / soll er sie befragen / ob sie ohne einander zu arbeiten gesonnen / oder sich mit einander versprochen haben. So sie ohne einander nicht arbeiten wollen / soll er ihnen das Geschenck zu thun / und nach Arbeit umbzuschauen nicht befugt seyn.

ANNOTATIONES.

* *Mendicitati.* Non est permittendum boethis opificum, ut sub prætextu deficientis laboris, mendicantibus se associent, & præsidium desidiæ quærant. Ita provisum in Ordinatione Politica Johannis Georgii II. Electoris Saxoniæ de dato den 12. Jun. 1661. *Tit. IX.* §. 8. ibi: Und weil auch offtmahls Handwercks-Gesellen vor die Thüren kommen, und umb eine Gabe bitten, darbey vorwenden, daß sie auff ihren Handwerck keine Arbeit bekommen können, welches sich denn anders verhält. Als soll denenselben zu betteln keines weges verstattet, sondern zu ihres Handwercks Ober-Meister verwiesen, und entweder mit Arbeit, oder in Ermanglung derselben mit einem Zehr-Pfennig, der Laden Vermögen nach, versehen und fortgeschaffet werden. 511

* *Pace pervenerit:* Ita quoque permissum est, suum sibi ad certum tempus addictum socium, alteri *commodare* ad operam quandam necessariam expediendam. Uti casum exhibet Registratura Senatus Oppidani Jenensis bey dem Tischer-Handwerck daselbst in sequentibus formalibus: Wir Bürgermeister und Rath der Stadt Jena uhrkunden und bekennen. Demnach vor uns die Ober-Meister des Tischer-Handwercks N. N. an einen, Johann N. Musicalischen Instrumenten-Macher am andern Theil, allerseits Bürger allhier erschienen, und vorbracht; Welcher Gestalt dieser ihr Handwerck ersucht und gebeten, zu bequemer und geschwinder Verfertigung seiner Arbeit, ihme einen Tischer-Gesellen so offt und viel er benöthiget, und die Meister ihn zu entrathen vermögten, in Arbeit zu überlassen; Das Handwerck auch ihm hierinne zu willfahren nicht abgeneigt, auch diesfalls beyden Theils, biß auff unsere Confirmation, sich über nachstehende Puncta mit einander verglichen. Nehmlich es wolte erstlich angeregtes Tischer-Handwerck, besagten N. N. so 512

offt er einen Meister des Handwercks umb Uberlassung eines Gesellen ansprechen würde, und dieser solchen entrathen könte, ihme denselben, gegen gewissen Wochen-Lohn, so dem Meister wöchentlich erleget werden solte, gleich jedweden andern, welcher einen Bau verfertigen liesse, in Arbeit geben. Zum andern, da etwa über Verhoffen, keiner der Handwercks-Meister seinen Gesellen entbehren könte, aber gleich ein Frembder auff der Herberge sich befinde, und die Meister sonsten demselben Arbeit zu geben, nicht gesonnen wären, wolte einer unter ihnen auf bittliches Ersuchen, solchen Gesellen auffnehmen, ihme denselben zur Arbeit überlassen, und gleichfalls den wöchentlichen Lohn gezahlet nehmen, jedoch daß solche auffgenommene frembde Gesellen, N. N. wenigstens 14. Tage in seiner Arbeit haben und behalten solte und wolte. Drittens solte N. Tischer-Arbeit an Betten, Laden, Schräncken, Stühlen, Rollen, Fenster-Laden, Verkleidungen und Thüren, auch andere Hauß- und Bau-Arbeit, es wäre groß oder klein, weder selbst machen, noch durch den ihm überlassenen Gesellen verfertigen lassen, ohne was er zu seiner selbst-eigenen Haußhaltung benöthiget, jedoch daß solches mit Vorbewust des Gesellen-Meisters gemacht, aber unter keinerley Vorwand wieder verkaufft, und zu Schande und Nachtheil des Tischer-Handwercks andere mahle wieder verfertiget; Sondern der Geselle alleine zur Arbeit an Musicalischen Instrumenten und dazu gehörigen Futteralen gebraucht werden solte. Vierdtens wolte auch N. falls er diesen abgehandelten Puncten zuwieder leben, und die Tischer in ihren Handwerck stöhren, und zu Schaden arbeiten würde, dem Handwerck jedesmahl und so offt er dessen überführet werden könte mit 3. biß 4. Thaler Straffe verfallen seyn, und ohne eintzige Wiederrede erlegen, und solle ihn wegen solcher freventlichen Verbrechung kein Recht schützen. Nun denn beyde Theile bey dieser ihrer Abhandlung nochmahlen beständig beharret, und solchen treulich nachzukommen gelobet, uns auch, daß wir Obrigkeit halben consentiren, und diesen ihren Vergleich confirmiren möchten, geziemend gebeten, und dieses ihnen zu versagen, keine Erheblichkeit gehabt, als confirmiren und bestätigen Wir dieselbige hiermit, und wollen, daß jeder Theil denselben unverbrüchlich nachkomme. Uhrkundlich haben Wir diesen Vergleich mit Unsern und gemeinen Stadt-Insiegel bedruckt. Geschehen Jena den 27. Aug. 1694.

THES. V.

513 Istæ Obambulationes operarum inveniendarum causa, dirigendæ sunt ad *Magistros* ibi locorum, ubi peregrini appulerunt: quin etiam ad *viduas* eorundem, opificium adhuc exercentes; sed Magistros *paganicos* quod atti-

attinet, oportebit eos Collegio defectum Sociorum, desideriumque tales habendi, significare; cum grave futurum sit Lustratoribus, per pagos & villas circumire; gravius adhuc Magistris, tamdiu opera suorum adjutorum carere. Non tamen ad alios, quam quos *Opificium adhuc* diximus *exer-* 514
cere, & qui *Regulares* habentur, die das Handwerck treiben / und des Handwercks redlich seyn: cœteros prætereunt; *Nec movet*, quòd etiam apud Irregulares per XIV. dies operari, Socio regulari liceat: quia non sequitur: Ergo novos ad ipsum delegabimus Socios; sed hoc solùm, ergo qui jam sunt, tantisper tolerabimus. *Intellige tamen*, de Magistro, qui per dictos 515
XIV. dies in irregularitate sedit, nec imputationes diluit atque semovit; Tantum enim tempus regulariter unicuique diffamato, ad se purgandum conceditur, intra quod non nocet jurium Collegialium fruitioni Diffamatio: consequenter ad illum quoque missitatio facienda: est enim causa interim in pendenti: jam verò Conditio nihil ponit in esse. Ad Superiores 516
igitur omnes eundum, *nec ullus* eorum *prætereundus* est: alioquin ad querelam illius, mulcta Lustratori irrogatur, atque ita Senatus in causa Joh. Jac. Bauraths / Segmentarii, contra Dan. Mylium, Boëthum *23. April. 1675.* Non exiguum quippe reputat contemptum atque injuriam, si indignus reputetur juribus, Sodalibus cæteris impertiendis. Hinc solent officium Ma- 517
gistratus sic implorare, ut post facti narrationem, petant injungi Reo: ostendat, qua in re promeruerit, tractari tanquam infames, wordurch sie unredlich worden / und nicht eben das Recht haben solten / das ein ander hat. Nam Dignitas est Conditio personæ cujusque, qua quis non indignus iis rebus, quæ in suo cuique ordine tribui solent. Donell. *Lib. XIIX. comment. Cap. 6.*

Sed non mediocris momenti *Quæstio* est, quô *ordine* Lustratio fieri, & 518
à quo Sodalium *inchoari* debeat? Variat quippe juxta locorum Collegiorumque diversitatem: aliquibus eorum *Advenæ Electionem* indulgentibus, unum alterumve vel imò tertium è Magistris præoptandi, quem in finem catalogus Magistrorum, die Gesellen-Tafel dictus, ipsi edendus, aut Magistrorum aliquot nomina recensenda. Quòd si aut optandi juri cedat, aut optato- 519
rum nemo ipsum conducat. Lustratio instituitur â Junioribus, sed frequentius à Senioribus, vom Aeltsten zum Jüngsten. Quibusdam locis, & ex more quorundam Collegiorum, optio non conceditur: quia enim Lustratio hæc in favorem Magistrorum instituta, ad æqualitatem inter eos tuendam, & suspicionem collusionis evitandam; Libertas peregrinantium valde hactenus restricta: Sic, ut nec ipsi ubi libuerit, diverti, nec Lustratio- 520
nem ipsimet peragere, nec tanquam à certo vocati, verschrieben adesse; sed

in

in diversorio præstolari debeant adventum ejus, cui hæ partes datæ sunt:
Qui ipse tamen, utut juxta *paulò superius* tradita quosdam Magistros permit-
tatur recensere, neutiquam tamen certos suggerere debet: Vielweniger
dem Gesellen Einschlag geben / zu welchem Meister er schicken solle. Damit es
keinen Verdruß erwecke / oder Ungelegenheit verursache. Fabri quondam
521 *Art. 14.* Quanquam autem in quibusdam Collegiis, mitti debeat ad Magistrũ
à quo doctrinam percepit, nec non apud quem proximè operatus est, v.g. ap-
Perarios & Acuarios. *Stat. Art. 4.* quem in finem quoq; Lustratorem indaga-
re oportet, Ecquid valedixerit ipse Magistro, an verò ab eodem missus fue-
rit: Und muß sich der Oerten-Jünger zuvor erkundigen bey seinem Meister/ da
er in Arbeit gestanden/ ob er den Abschied bekommen. Schlösser-Gesellen
522 Ordn. *Art. 12.* Ratio, quia nemini famulitium suum abstrahendum; nullus
ergo cœterorum Magistrorum talem ante suscipiet, quam certus sit, prio-
rem eum diutius non desiderasse sed bona pace dimisisse. Accedit, quod
qui missionem ipse efflagitavit, non permittitur ulterius in loco persistere;
quare Junior huic officium suum jure denegat. Hätte aber / es sey Gesell o-
der Jünger/ selbsten von seinem Meister Abschied genommen/ dem soll vor weg-
gewanderten Viertel Jahre/ nicht wieder nach Arbeit umbgeschauet werden.
523 Quanquam porrò quædam Collegia permittant Advenæ, Hospitem
eligere; Unde etiam ad præcedentem Lustratoris interrogationem: So
mit Gunst mein Gesellschafft / wo begehrst du hin? solent respondere: So
mit Gunst / mein Alt-Gesell/ so begehr ich zum ersten zu dem Meister da ich ein-
gewandert bin. Attamen, quia cœtera contrarium servant; Hoc etiam
ad ea solum quadrat, quæ diversorium peculiare non habent, sed Magistri
524 ipsimet sunt Hospites: Ideò pleraque Lustrationem *à Senioribus ad Juniores*
institui disposuerunt: quorsum pertinent sequentia formulæ verba: Und
darnach vom Aeltsten biß zum Jüngsten / so weit das Handwerck redlich ist.
Sed hoc iterum *dupliciter* exaudiri servarique solet: dum aliqui *reale* hoc fa-
ciunt & officinis tribuunt, quæ diutius præ cœteris, Sociis vocaverint: qua-
525 liter inter Scriniarios licet animadvertere. *Art.* Von dem Orten-Amt oder
Zuschicken der Gesellen: *ibi:* Und sollen die Oerten-Meister oder Gesellen am
ersten in die Werckstadt gehen / da am längsten kein Gesell gewesen / und denn/
da nur einer / hernacher da nur zween / und so fort an / auf daß alle Werckstadt
mit Gesellen versorget werden: Ut adeò temperamentum quoddam omni-
526 um consuetudinum observent. Plerique tamen *personale* jus efficiunt, & à
Receptione in Collegium, computationem instituunt: Id quod rationem
& originem inde traxisse autumo, quoniam plerumque Magistri novitii præ
oblo-

obſoletis, ſolent habere adplauſum, v. g. inter Sartores; ut dignum ſit, Seniores in eo ſublevari; dum nemo Sociorum apud deſertos illos ſponte operari vellet, nî bannimentum accederet: wenn kein Zwang wäre. Adde quod Juniores viribus integri, corpore robuſti, facilius adjutore carere queant.

Aſt enim, nihil tam ſalutare poteſt excogitari, quin ſua ſecum ferat 527
incommoda, nova ſubinde oriantur dubia, proptereaque opus ſit aliqua medela. Ex quo enim ſenium præter cœtera incommoda, quandam ſecum fert impatientiam, ut Senes ſint miſerabiles, & ſæpius mutent familitium ſuum, evenit, ut nunquam non indigeant Sociis, ac toties quoties eorum unus aliquis appellit, eum reliquis præripiant. Hinc dubium à Magiſtris 528
Junioribus, & ſimul querela fuit mota: *Utrum* Seniorum hæc perpetua eſſe debeat electio, adeoque ad cœteros non antè miſſitari debeat, quam illis ad votum ſit proſpectum? Quid enim, ſi ſingulis ſeptimanis aliquos, etiam immeritos ejiciant, vel ex naturali auſteritate ſua, vel ad invidiam Sodalium ſuorum? Sane, nunquam illos ordo continget: cum tamen mores velint: Ad Juniores usque perveniendum eſſe? Ita quoque Senatui videba- 529
tur in cauſa Juniorum Magiſtrorum inter Serarios, adverſus Seniores: daß zwar die Umbſchaue wie zeither / vom ältſten biß zum jüngſten Meiſter / jedoch daß nicht allezeit von forn wieder angefangen / ſondern es der Reihe nachgehen / und der nechſt-ankommende Geſelle / dem nechſt-folgenden ältſtem Meiſter zugeführet / und ſo lange darmit / biß es herum / fortgerücket werden ſolle. Iſtud annectendum videtur: Ecquid & ad *Provinciales* eundum habeat Luſtra- 530
tor: quid enim, ſi Collegio ſe addixerint, hielten das Handwerck mit? Reſp. ſi Provinciales intelligas, qui in Civitatibus filiabus habitant, & civitatem certi diſtrictus matrem recognoſcant, eine Cräyß-Stadt / ubi arca principalis, die Haupt-Lade ſit: & non ad ipſos itur, ſed ſi quo indigeant, literis hoc ſignificant. Sin Paganicos, Dorff-Meiſtere / & hi plerumque Socios alere prohibentur: prout *Conſtitutiones* Margarithæ Auſtriacæ, viduæ Ducis Saxon. 1473. Item Friderici Electoris Saxon. de Ao. 1488. & Declaratio ejusdem de Anno 1514. oſtendunt; quas laudavimus ſub *rubr. de Contribulibus provincialibus.* Quod denique *ſupra n. 513.* de Viduis dictum, ad 531
illarum quoque officinas mittendum; adeoque & illis de Sociis proſpiciendum eſſe, Non iſtum habet ſenſum, tanquam nihilominus eas oporteat expectare, donec ordo eas tangat; Verùm iſthoc illæ Præcipuum habent, quod poſſint ex aliis officinis quosdam Socios optare, ausheben: non unicum fortè, ſed binos; ſi moris ſit, plures alere: neque teneatur etiam de-

T terri-

§32 terrimis contentæ esse; Interim tamen nec optimum eligere, nec ex eadem officina ambos sumere permittuntur; Ita Senatus in causa Viduæ Hanß Starckens / contra Stephan Katterfeld / *5. Junii 1678.* Daß er von seinen beyden besten Gesellen / nam tres alebat, ihr einen auff drey Wochen stellen solte / biß sie indeß entweder ihren Sohn herbey schaffen / oder eines andern Gesellen mächtig werden könne.

ANNOTATIONES.

§33 * *Collegio.* Invito ergo Collegio Oppidano Magister paganicus boëthos recipere non potest. Nec nisi Nobilibus atque Clericis operari permittuntur in pagis opificum socii Beier p. m. de *Jure probib. Cap. IV, th. 3.*

§34 * *Non nocet.* Nec porro injuriato nondum tamen convicto opifici de delicto insimulato, lite pendente, adjuvæ possunt denegari. Est enim hæc denegatio species pœnæ, quæ nondum condemnato non potest irrogari. Et ita judicarunt Scabini Jenenses anno 1605. Verbis: Als Ihr Uns berichtet, wie vor zweyen Jahren ein Kürschners-Geselle mit Nahmen A. H. aus Zunöthigung Haß und Neid, vornehmlich aber aus instigation euer Wiederwärtigen sich gelüsten lassen, und vor dem Kürschner-Handwerck euch Dieberey bezüchtigen wollen, als ob ihr vorzeiten dem Kürschners-Vater zu Dantzig einen Mantel entwendet, und was dem mehr anhängig; Auff solche blosse Diffamation und Bezüchtigung, hätten die Meister bey Euch, eure Gesellen auffgetrieben, und nicht arbeiten lassen wollen, ihr hättet euch denn auff eure Unkosten, gegen Dantzig begeben, und der Beschuldigung gebührend exonerirt und entbunden. Wenn euch aber solches wegen fernen Weges, und anderer höchst-beschwerlichen Unkosten zu verrichten, bedencklich gewesen, auch solches dahero, daß ihr von Kürschners Vater, vor eurer ordentlichen Obrigkeit noch zur Zeit nicht in Klage genommen worden, auch diese der Meister selbst-thätige Gewalt und Vornehmen nunmehro ins dritte Jahr, mit nicht geringen Abbruch eurer Nahrung erdulden müssen, und in Hoffnung gestanden, es werde der Kürschner-Vater, oder doch zum wenigsten der muthwillige frevele diffamant seine Klage allhier anstellen, da zu gebührender Verantwortung kein Mangel erscheinen solte. Welches alles im geringsten nicht geschehen, noch erfolget; Uber dieses auch solches und dergleichen unbilliges Aufftreiben, in der Käyserlichen Majestät und des Heiligen Reichs Policey-Ordnung, auch in der Churfürstl. Sächsischen Handwercks-Ordnung, zum höchsten verbothen; Habt ihr, was diesfalls Recht umb Rechts-Belehrung gebeten. Darauff S. W. V. R. da es euren Bericht nach, bewandt, so sind

die Meister bey euch nicht befugt, actione ordinaria nondum instituta & probato crimine, euch eure Gesellen aufzutreiben; Sondern vielmehr schuldig euch lite pendente und nondum finita mit Gesinde zu befördern, biß so lange einer oder der andere in Stande des Rechtens etwas beständiges wider euch ausführen wird. V. R. W.

* *Senatui videbatur.* Simile temperamentum placuit Illustri Regimini Saxonico, ad relationem Collegii Serrariorum Jenensium Rescripto emisso, de dato den 6. Febr. 1681. in sequentibus formalibus: Eure Fürstl. Durchl. erinnern sich gnädigst, was gestalt die verordnete Ober- und andere Meister der Schmiede-Zunfft allhie über ihren Mit-Meister Adam Schmieden, in unterschiedenen Puncten sich unterthänigst beschweret, und E. F. D. am 11. Jan. nechsthin gnädigst an Uns beyde Theile gegen einander nothdürfftig zu vernehmen, und nach Befinden, in Entstehung der Güte, durch rechtmäßige Weisung aus einander zu setzen, rescribiret, worzu Wir auch den 19. ejusdem anberaumet, und die Partheyen mündlich, doch nothdürfftig gehöret. Und obwohl Beklagter andeme, daß ihme das Supplicatum vorgelesen worden, nicht ersättiget seyn, sondern dessen Abschrifft, samt Bedenck-Zeit haben wollen, damit ers schrifftlich beantworten könte. So haben Wir doch, solche Weitläufftigkeit zu verhängen, umb deßwillen Bedencken getragen, weil er sich ohne dem gar leicht in dergleichen Streit-Sachen vertiefft, und darüber seine Handwercks-Arbeit versäumet, also daß ihm die Mittel ziemlich zergehen. Haben ihn aber mündlich zur Genüge vernommen, und weil kein Theil dem andern in Güte etwas nachgeben wollen, vermöge E. F. D. gnädigsten Befehl, durch den in Actis befindlichen Bescheid aus einander zu setzen getrachtet. Nicht vermeinende, daß eintziger Theil sich darob zu beschweren Anlaß nehmen solle. Sintemahl der gerühmten Hoff-Arbeit halber, ihm ein Geselle, über die Zahl, andern Hoff-Handwerckern gleich, gegönnet worden. Gestalt E. H. F. D. auf unterthänigstes Nachsuchen, Ernst Balthasar Rudloffs, Buchbinders, anno 1674. den 6. Jul. und in Sachen des Tischer-Handwercks contra Hieron. Völckern, Hoff-Tischern am 3. Novemb. 1679. gnädigst also rescribiret, und ein mehrers nicht, als einen überleyhen Gesellen zu halten, nachgelassen. Und erinnern Wir Uns, daß vor diesen, in Sachen des Schuster-Handwercks contra Jac. Bittermann, es durch ein gnädigst Rescript vom 10. Octobr. 1655. dahin erkläret worden; wenn er über seine ordentliche Gesellen, der Hoff-Arbeit wegen, noch eines Gesellen bedürfftig, ihme sodann den dritten zu gönnen, daß aber Adam Schmied die beständige Vorwahl prætendiret, hat Uns umb der von Handwerck angeführ-

ten Ursachen willen, ungütlich, und dem gestandenen Handwercks-Gebrauch, mit der Schaue vom Aeltisten biß zum Jüngsten zu verfahren, nicht gemäß geschienen. Denn da es diese Meinung haben solte; Immer, und so offt ein frembder Geselle gewandert käme, von fornen und bey den Aeltisten anzuheben, so würde ein solcher in seiner Hand haben, denen Nachsitzenden nimmer einen Gesellen zu gönnen, und sie gäntzlich zu ruiniren. Ja auch die Gesellen ungebührlich zu tractiren, nach Belieben fortzuschaffen, und immer leere Werckstädte zu machen, wodurch dieselbe von diesen Ort abgewehnet, und selbiger zugleich in üble Nachrede würde gesetzet werden. Solte nun neben den ältisten Meister, auch der, so die Hoff-Arbeit hat, dergleichen wohl prætendiren. So hätten sich die andern desto weniger etwas zu getrösten, und würden umb zweyer Personen willen, viele andere Mit-Meister Noth leiden. Derowegen Wir die Erklärung gedachter Umbschaue etwas anders, und zwar zu aller Mitglieder und Compen Besten eingerichtet, des unterthänigsten Vertrauens E. H. F. D. dieselbe sich gnädigst werden gefallen lassen, weil sie Adam Schmieden, so der Aeltiste nicht ist, und seiner Deutung nach, selbst zweyen Vorsitzenden die Wahl gönnen müste, zum Besten gereicht, rc. rc.

536 * *Provinciales*. De his extat *Articulus XVII.* in Statutis Linificum Dornburgensium confirmatis à Duce Bernhardo anno 1675. ibi: Wenn ein Meister eines Gesellen bedürfftig, so soll er auff der Herberge werben, und sich schreiben lassen, deßgleichen der andere, dritte, vierdte, und so fort, und also sollen die Gesellen einbracht werden. Auf den Dörffern aber mögen die Meister wohl einen Gesellen, so des Orths gewandert kommt, ohne Anwerbung auff der Herberge, mit Arbeit befördern, jedoch mit dem Bedinge, daß solches dem Handwercke hernach angezeiget, und nicht verschwiegen werde, bey Straffe vier Groschen.

537 * *Optare*. Ita expresse dispositum legitur in Chur-Sächsischer Weißgerber-Ordnung de anno 1661. *Artic. XXX.* ibi: Eine Witt-Frau aber so sie Gesellen in der Arbeit hätte, und keinen Gesellen bekommen könte, soll ein Meister jedes Orths, ohne Entschuldigung ihr einen Gesellen, daferne einer vorhanden, absolgen zu lassen, schuldig seyn.

538 * *Ambos*. Multo minus Viduæ permittendum est, si unum tantum boethum magister in officina habeat, eundem optare, ne talis magister omni destituatur præsidio, maximè si aliæ adsint officinæ magis instructæ. Quo spectat Rescriptum Principis Vinariensis de dato den 23. Octobr. 1682. in sequentibus formalibus: Was an uns Hans Wagener, Bürger und Schuhmacher,

wegen

wegen seines eingen Gesellens, so ihme von dem Handwerck, zum Werckmeister vor eine Wittbe, ausgehoben werden will, gelangen lassen, ist aus der Inlage mit mehrern zu ersehen. Ob nun wohl der XIII. Innungs-Articul einer Wittben hierunter ihr Belieben einräumet. So mögen wir doch nicht befinden, wie solches dergestalt zu extendiren, daß man unterschiedene mit doppelten Gesellen besetzte Werckstetten, wie hier von Supplicanten angeführet worden, übergehen, und denjenigen, so nur einen eintzigen Gesellen hat, solchen aus blossen eignen Willen und Belieben entziehen könne. Begehren demnach ihr wollet das Handwerck bedeuten, daß sie sich hierunter der Billigkeit selbsten bescheiden, und es dahin richten sollen, daß mehr berührter Wittben in andere Wege geholffen, und Supplicant mit Aushebung seines Gesellens, gestalten Dingen nach, verschonet werden möge.

Thes. VI.

Quod autem *superius* paulò *num. 515.* diximus Omnes collegiatos o- 539
perarum causa salutandos, nec ullum eorum prætereundum esse: ut tantò commodius observari queat, certus eorum *Catalogus* haberi, & in diversoriis appendi solet, dictus die Gesellen-Taffel; *Album Sociorum* non à contentis suis, Magistros enim inscriptos videas, sed à causa finali & destinatione, quia in gratiam Sociorum habetur. Est nimirum designatio, non Optio- 540
num, sed Magistrorum, secundum ordinem ætatis aut certè receptionis, juxta cujus ductum Lustratio instituenda, & Advenis operæ quærendæ. Quamdiu igitur in vivis aliquis, & Regularis est, quamdiu etiam vidua opificium exercet, & communionem Collegii servat, nomen ejus in albo retinetur & pro iis circumspicitur. Quamprimum autem *vidua secundas init* 541
nuptias, aut Magistrorum aliquis incurrit irregularitatem, Nomen ejus expungitur & in circumspectione præteritur; quanquam sub certo discrimine: Aut enim *Extraneo nupsit*, aut uni Corporatorum, eique aut viduo jam olim recepto, aut Juveni, nunc demum immatriculando: Licet enim 542
omnibus casibus nomen illius mutetur: attamen solo primo casu, planè tollitur; sic, ut numerus eorum, apud quos circumspiciendum est, unô fit imminutus; quia una officina vacare coepit, vel etiam planè expiravit: quare licet alii Opifici nupserit, attamen in novi saltim mariti Collegio censetur, nec permittitur Prioris officinam continuare; quia nemini binas ejusdem opificii tabernas habere, aut in duobus Collegiis simul esse permittitur. Sin ad *aliquem sodalium* concesserit, cui tenus hac suus in Collegio 543
locus fuit, illius jure locoque censetur quidem, suo tamen jure atque loco excidit; per rationem modo dictam, ne unus gaudeat jure duorum, damit

sie nicht zweyer Meister (defuncti scil. & novi) Rechts sich gebrauchen/ und
544 gedoppelt umbschauen lassen möchten. Quare etiam *si novissimo* nubat Magistro, ultimum nunc sortietur locum, quantumvis defunctus Senior collegii, adeoque vidua ejus primum hactenus locum, intuitu ejus sortita fuerit: quia uxor non censetur ex se, sed coruscat radiis mariti, & quæ cum priore fuit exaltata, cum posteriori humiliatur; nec enim nunc Suum, sed
545 novi mariti nomen ponitur. Hoc tamen probè tenendum, quod nomen viduæ antè non debeat omitti, quam novi mariti nomen fuerit insertum; Sicuti enim per *sup.* dicta, non permittuntur utrique distincta jura simul habere, Ita nec neutri: ibi peccaretur in excessu, hic in defectu. Igitur, sicubi aliquid machinentur reliqui Sodales in perniciem viduæ, notabit ea hoc pro cautela: Atque ita servavit Senatus in causa Annen/ Tobiæ Vogts Rel. adversus Collegium Serariorum, quod viduæ nomen exemerat, neque tamen novi sponsi Heinr. Pohls substituerat. *22. Maji 1676.*

ANNOTATIO.

546 * *Salutandos.* Hoc notabiliter limitatur circa Artifices Palatinos, hi enim ordinem hunc lustrandi alicubi intervertere vel antevertere volunt, prætendentes, sibi ante omnes seniores esse prius denunciandum, si novi quidam boethi advenerint, etiamsi aliæ officinæ diu vacantes anxie adventum novi boethi expectaverint, quod alias *Boethorum Præoptio* Gesellen-Vorwahl appellatur.

THES. VII.

547 *Modus lustrandi* potissimum in officio Lustratoris consistit, quod tribus hisce absolvitur, 1. Actibus, 2. Tempore, 3. Reiteratione. *Actuum* quatuor numerare possumus, 1. Comparitionem, 2. Sermocinationem, 3. Circumspectionem, & 4. Relationem. Diximus nim. Hospitem seu Patrem, ad instantiam Advenæ, accersere debere Lustratorem; qualiscunque ex cujusque Collegii instituto demum sit, Magister an Boethus, isque
548 Senior Alt-Gesell/ an Junior, Oerten-Meister vel Oerten-Jünger. Oportet igitur eum ad diversorium se conferre: idque *confestim*, alsobald. Illicò apud Scriniarios. *Ratio, ne diu* frustra præstolari eum teneatur Advena, cujus interest, maturè scire, quid sperandum habeat, Operas, an Iter ulterius. Solent autem plerumque sub meridiem appellere; quod si ergò procrastinare alter velit adventum suum, Tempus lustrationi necessarium in-
549 terea dilaberetur. Quia tamen indefinitum hoc est tempus, ac Peregrinantes, istud nimiùm contrahere ac festinanter omnia habere vellent, ideò *cum temperamento* exaudiendum, ut spacium sit, Operas cœptas è manibus ponere, manus faciemve lavare, ut compti quodammodò compareant; ac

ac definitum alicubi, juxta tempus, quo cantharus cerevisiæ moderatè ebibitur, ut inter Acuarios & Perarios *Artic. 4.* Serarii paulò laxius ad horu- 550
læ spacium extenderunt, *Artic. 12. verb.* Welcher / ehe eine Stunde läufft / sich zu ihm finde. Nim. si jure illis hoc debetur, Injuria est, si denegetur; Contemptus, si differatur. Si beneficium, gratiam omnem perdit cunctatione; Diu negavit qui serò dedit; Bis dat qui citò dat: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris! quilibet Sociorum sortem hanc peregrinandi præ se habet, atque optat, diu se non detineri. Quinimò si ultra spacium destina- 551
tum deferatur, *duo* cogitare poterit; *Aut*, Incolas loci Morum opificiariorum ignaros contemtoresve, morosos, sordidosve esse; *aut* præsentem Advenam indignum æstimare, quem pro more tractent, ihme Handwercks-Gewohnheit zu beweisen; Eligant utrum velint, capti erunt; adeoque si insalutatis iis discesserit, periculo eorum fiet.

Comparens autem *duo agenda* habet, Examen seu Explorationem, 552
& Informationem. Prius illud, *tribus* potissimum absolvitur *quæstionibus*: Ubi opificium didicerit? Quo Magistro? & Quid in commissione aut mandatis habeat, was ihm von Meistern und Gesellen befohlen sey? uti apud Scriniarios: vel; loco secundæ quæstionis: Ubi novissimè operatus sit: Wo hast du am nächsten gearbeitet? & denique: Cui præ aliis malit operari: Wo gedenckest du hin? uti apud Restiones. *Ratio primæ* quæstionis 553
est, Ne forte inde sit oriundus, ubi diversa est Opificum Secta; nam inter eos non est communio, beweisen einander nicht Handwercks-Gewohnheit, v. g. Pileones qui sunt sectæ Viennensis, Cœteros contemnunt, ac ne irrepant, cavent. *Ratio secundæ*: Ne forte didicerit apud diffamatum aut irregularem. *Tertiæ*: ut ita rescifcant, quid Exteri de se sentiant, vel ipse etiam Advena: Nam si non salutant, alterutros vel utrosq; reputant irregulares. Istud tamen adeò accuratè non servatur, *utrum præcedat* Exploratio, uti apud Scri- 554
niarios; An Informatio, uti apud Restiones. Informatio autem fit, Qui mores isthic loci sint usitati circa Congressus, Quo loco, Quoties instituendi; Quod symbolum quisque tunc conferat; vom Aufflege-Gelde / Quo quisque ibi modo se gerere necessum habeat; de poena tardè venientium 555
& emanentium. Quali quantave quisque adventantium atque abeuntium excipiatur dimittaturve tesserâ. Wieviel einer zum kleinen oder grossen Ein- oder Ausgeschenck bekomme. De Operis diurnis, inchoandis videl. atque finiendis: de Vita & honestate Boëthorum: Quæ cujusque in societate sint partes: Quæque alia commoda vel incommoda; quæ vel illis enumerare, vel nobis heic recensere difficile foret.

Terti-

556 *Tertius* igitur *actus* est ipsa *Lustratio*, seu per singulas regularium Ma-
gistrorum officinas Obambulatio, & operarum Advenæ oblatio; quæ & ipsa
solennibus constat formulis atque mutua sermocinatione, allocutione,
responsione & gratiarum actione. Tum, si Magistrorum unus operas pol-
liceatur, tum si non indigere se profiteatur; quæ pro diversitate locorum
557 & Collegiorum variant: plerumque autem priori casu: Sage ihm 8. oder
14. Tage Arbeit zu / so lang es mir und ihm gefällt: posteriori autem: Ich
sage dir Danck deines Nachgangs / desselben gleichen ihm auch / und wünsche
ihm Glück ins Feld! Ex quibus facile est, Judicium ferre de *quarto actu*,
Relatione videl. facienda de Expeditione, & quid sperandum habeat Adve-
558 na. Istud autem *Consectarium* reputamus *Circumspectionis*, ut Lustrator (1.)
Advenam introducat, & (2.) Sarcinam ejus ad Magistrum deferat: ita pla-
cuit Serariis invicem, vigore *Artic. 12. verbb.* und so er wieder Arbeit bekom-
men / soll er (Oerten-Jünger) ihn bey den Meister einführen / und das Bündel
hintragen. *Introductio* denique ipsa, non est sine conceptis verbis expedi-
enda; quæ uti in effectu Commendationem famuli, & Gratulationem Ma-
gistro factam continent. Coetera partim jocosa, & ad sermonis amplifica-
tionem pertinentia facilè tolerari possunt. Sin operas consequatur nullas,
559 usque ad portam civitatis, ut *sup.* dictum, comitari licet. Ex quibus simul
paret, Lustrationem atque sciscitationem diebus solum Solis fieri debere,
Saturni autem prohibitas esse. Die Sonnabende soll keinem nach Arbeit um-
geschauet werden. scil. quia primum onus ille ad Magistrum adferret secum,
gratis comedendi; quorsum tamen genus hoc hominum maximopere re-
flectit. Nec immeritô! Dies ille ultimus est totius septimanæ, non primus:
Eccur ergo Magister quasi prænumeraret? Imò duos Dies Solis haberet,
primum & ultimum!

560 Extremum quod notari meretur, Spacium est, seu *distantia* Sciscita-
tionis *reiterandæ*; Trimestre nimirum, quo quisque abesse tenetur, atque
intra quod si revertatur, Lustratio ipsi nulla indulgetur. Ratio ex parte,
supra fuit allata; scil. Ne, dum recens de officina ad officinam commigrat,
Magistri sui Correspondentes operarum dominos secum transferat: qua
de re Chirurgi ante aliquot annos adversus Seniorem suum conquereban-
561 tur. Est igitur actus irreiterabilis: Ex quo scil. talis semel cum certo Ma-
gistro pepigit, non permittitur denuo ad alios mittere, aut cogitur penitus
abire. Fabri quondam *Artic. 15.* Kömmt ein Gesell gewandert / und läßt um-
schauen / machet auch mit einem Meister Leykauff. Schicket aber darnach /
wenn es ihm nicht gefallen will / wieder auf die Schaue. So soll man einen

solchen Gesellen nicht auffnehmen / es sey denn / daß er darauff ein Viertel Jahr aus der Stadt sich enthalten hätte. Darum er bey dem ersten Meister/ mit dem er Leykauff gemacht / bleiben / oder seinen Stab weiter fortsetzen soll. Variatio hæc, tum propter contractum semel perfectum, ob quod stringe- 562
re incœpit, est prohibita: tum ex paritate rationis oppositorum; quia nec Magistro variare licet, muß ihm die 14. Tage aushalten: tum denique propter invidiam inter Magistros inde metuendam; quæ per spacium illud trimestre ex parte emollitur: nam qui per tres menses abesse incipit, non facilè revertitur; & si redeat, statum interea deprehendit mutatum.

ANNOTATIONES.

* *Magister.* Licet lustratio sive circumspectio operarum pro adventantibus so- 563
ciis frequentius per seniorem boethum fieri soleat. Alicubi tamen etiam moris est, eam per Magistros fieri, & quidem ex hac ratione, ne socii ansam exspatiandi, atque diu à labore cessandi habeant. Cui accedit, quod in magnis Civitatibus, omnes officinæ sociis non possint esse cognitæ, atque sic facilè una per errorem posit præteriri.

* *Confestim.* Uti nimirum advenæ peregrinanti certum fatale est præscriptum, 564
quo adventum suum notificet, & lustratorem advocet, nimirum nondum epoto uno canthero; Ita quoque vice versa is, cui vices incumbunt, advenas excipiendi, deque officina illis prospiciendi, pariter fixum habet comparendi penes illos tempus, neque in arbitrio ipsius est, morari eos, quod tamen civiliter cum aliquo laxamento est capiendum, spatio igitur bibalium plerumque sumitur mensura temporis; Und soll sich zum Meister bey der andern Kanne Bier finden lassen. Porro nec lustrationem cunctabundus peragere debet, aut diutius morari peregrinantem. Ita disponunt Statuta des geschenckten Handwercks der Nagel-Schmiede in Franckenhausen *Artic. VII.* ibi: Es sollen auch die Oehrten-Gesellen, den frembden Gesellen zu rechter Zeit in des Meisters Hauß bringen, bey Straffe 1. Groschen 6. Pfennige. Similiter continetur Fabrorum Cizensium *Artic. XIV.* ibi: Man soll ihn aber von der Zeit an, da man umbschauet, nicht über eine Stunde sitzen lassen.

CAPUT IX.
De Operarum præstatione atque cessatione.

Conspectus.

Cui laborem suum addicere debeat boethus n. 565. 566.
An liceat ad irregularem diverti n. 567.
Liberalitas Sodalium circa Exceptionem n. 568.
Operatio per 14. dies penes diffamatum magistrum toleratur n. 569.
Socius certi opificii apud alium distinctæ familiæ nequit operari n. 571.
Ad curam sociorum pertinet prospectio in casum morbi n. 572.
Merces justa solvenda pro operis sociorum n. 573.
Casus, quibus debita merces sociorum hebdomadaria possit imminui n. 575. & seqq.
Quid juris sit circa diem feriatum n. 579.
Singulare circa Typographos notatur n. 580.
Diminutio mercedis propter Trinck-Geld *sociorum n. 582.*
Filius operans patri in opificio an mercedem petere possit n. 583.
Quantitas mercedis hebdomadariæ variat n. 584.
Aliquando juxta mensuram operarum merces est statuta n. 585.
Quatenus magister teneatur boëthis de cibo, potu, lectuque prospicere n. 586. & seqq.
Qualitas victus declaratur n. 589.
Quo genere actionis mercedem consequantur boethi, notatur n. 592. & seqq.
An Medicamenta debeantur ægrotanti boëtho n. 596.
Operæ illicitæ non debent à boethis tractari n. 597. & seqq.
Opifices luxuriæ vestimentorum inservientes puniuntur n. 602.
Elocatio operarum fit vel secundum numerum vel per aversionem n. 603.
Boethus quatenus teneatur de culpa operarum n. 604.
Sunt operæ fideliter & solitariè præstandæ n. 605.
Sartor vestes prohibitas conficiens punitur n. 606.
Tempus operarum inchoandarum & finiendarum determinatur n. 607. & seqq.
Feriæ opificum anniversariæ n. 610.
Lunæ dies apud Opifices feriatus n. 613.
Encænia & festa dedicationis templorum adducuntur n. 619.
Circa discessum & transitum boethi ab uno magistro ad alium fatale certum est observandum n. 622.
Dies Lunæ feriatus abrogatus est variis Constitutionibus n. 623.
Bachanaliorum feriationes prohibitæ n. 624.

THES. I.

565 PEr varios casus, per tot itinerum discrimina, Boethum nostrum tandem ad quietem perduximus, atque ex feritate quasi interceptum, civili societati

cietati restituimus; posthac in ordinem etiam redigendum, *considerabimus* partim *uti ad* officinam & Magistrum suum; partim verò uti *ad* alios, tum Sodales suos, tum cives cœteros *refertur*. Quoniam autem ad Magistrum 566
accedit operandi causâ, distrahetur meditatio nostra ad varia capita; Cui videlicet 1. laborem suum addicere debeat, & 2. in quibus causis seu operis: quæ 3. compensatio laboris, & 4. quô genere contractûs eam sibi paciscatur: an 5. certos, & quos agnoscat labor terminos? Et primum quidem certum est, Non nisi adprobatis, collegiatis, & nullâ labe maculatis Magistris debere quemque se adjungere; per *sup. n. 277. 341. seqq.* dicta. Sed 567
istud venit in Quæstionem, qui efficere hoc quisque possit? Cum non sit dubium, Lustratores quidem nulli Irregulari Socium adducturos; quid verò aget, qui Magistrum & Hospitem non invenerit, *An* non *ad Irregularem* tantisper *diverti* licebit? Non est quod dicas, Deum neminem desertu- rum, perito & industrio Boëtho nunquam operas defuturas. Nam nec Deus tentandus, aut ad extraordinaria remedia provocandus.

Igitur *duo remedia* excogitata: unum *Liberalitas Sodalium* circa Ex- 568
ceptionem, & Viaticum, quo de *suo loco*; nam specialiter in hunc usum aliquid porrigi solet, ut ad regulares usque Magistros pertingere, irregulares autem declinare valeant, hisce præter propter formalibus: So mit Urlaub und Gunst mein Gesellschafft / so wird dir so viel von mir und meinen Gesellen / deßgleichen auch Jüngern die allhier in Arbeit stehen / verehrt als 6. Pfennige. (v. g. plus, minusve; pro conditione opificii) zum kleinen Geschenck / damit du kanst einem ehrlichen Meister zuziehen / und einen unehrlichen meiden / und nimb vor lieb / rc. Alterum, Indulgentia & *conniventia Collegiorum*, qua per 569
XIV. Dies apud diffamatum Magistrum, vel in loco jus Collegii non habente, aut diversæ Sectæ, (de quibus alibi) operatum esse, nemini nocet; quia creditur ex necessitate, non temeritate fecisse; Cùm Mendicitas opprobrium, Furtum autem delictum sit; Ignoscendum igitur ei, qui qualibet honestâ ratione se voluit expedire. *Secus* ergò, *si ultra* istud spacium sub- 570
stiterit: tunc enim, sicubi innotuerit, haud feret impune: per rationem, quod spacio illo elapso pacisci cum Magistro super mercede solent, müssen Leykauff machen. Videretur ergo facto expresso talem approbasse, quem tenus hac tacitè & per quandam nescientiam tolerasset: potuit etiam intereà tantum promereri, quantum ad ulterius iter, & quærendum honestum Magistrum necessarium foret. Quinimò, Nec Socius certi opificii, 571
apud alium distinctæ familiæ Magistrum, v. g. Statuarius apud Murarium, utut confinia sint, operari permittitur: ex quo fundamento, cùm prior

U 2 poste-

posteriori Optionem abstraxisset, sey ein 5jähriger Steinhauer / dörffe bey keinem Mäurer arbeiten: Hic verò urgebat præventionem, & quod Optio Statuarium se esse negaverit: Jussus fuit is qui in possessione erat, reculas Boethi usque ad finem litis custodire; sed conniventiâ suâ elabi eum passus, ac propterea mulctatus fuit *14. Decembr. 1679.*

ANNOTATIO.

572 * *Compensatio.* Ad curam quoque sociorum pertinet prospectio in casum morbi ac inopiæ, in cujus eventum ac sustentationem certi quandoque proventus in Statutis Collegiorum solent esse determinati. Prout disponunt Statuta Collegii Pannificum in Electoratu Saxoniæ de anno 1545. *Artic. VII.* ibi: Für dasselbe und der Meister Geld, und was sonsten mehr in die Lade gelegt, oder vor einen Meister oder Gesellen darein gegeben und beschieden würde, solle hinfort Korn oder Mehl in Vorrath gekaufft, auffgeschüttet, und in der Zeit der Noth, armen dürfftigen Meistern, Meisters Weibern, Kindern und Gesellen dieser Handwercker, damit Hülffe und Handreichung gethan, und dasselbe durch den Ober-Meister ordentlich berechnet werden.

THES. II.

573 Incumbit tamen Magistris, laborem istum justa mercede compensare. Nam nemo tenetur propriis militare stipendiis *C. cum ex officii. vers. qui spirituali extr. 16. de Præscript.* & Nemini labor suus sine mercede. *Nov. 82. cap. 9. pr.* quæ penditur illis tum in pecunia, tum eduliis atque hospitio,
574 Lagerstadt / Kost und Lohn: Eaque plena atque integra, citra imminutionem. Solet autem non in Annos aut menses, ut famulorum domesticorum; sed in Singulas easque integras septimanas statui merces, & vocatur Woche-Lohn: quæ ratio computandi adeò invaluit, ut in certam quantitatis speciem & monetam imaginariam, sicut v. g. Sexagenæ, abierit, & mulctæ opificiariæ juxta eam dictari atque exigi soleant. v. g. Serar. *t. 3. 9. 11. 14. 15.* & apud alios *passim.* Patitur tamen hoc suas *declarationes* ex justa causa:
575 v. g. (1.) Si ita appulerint, ut integram septimanam laborare non potuerint: videl. die Mercurii aut Jovis, ut tres aut duo solum dies negociosi superfuerint: Sin quatuor diebus fuerint operati, mercedem integram apud Perarios & Acuarios accipiunt; medietatem autem, si primis diebus otiati fuerint: *ratio diversitatis*, quia prius accidit fatô, posterius culpa &
576 facto. (2.) Inter eosdem servatur vigore *Art. 4.* ut Boethus, qui cœpta jam & durante Septimana Magistro valedicit, atque ipse sibi sumit veniam, is jura mercedem illius septimanæ petendi amittat, nec Magister eam solvere obstrictus sit. Cujus *ratio* fluit ex priori; quia novo Boetho superve-

Ll 2 nien-

nienti pendunt integram, dum sub initium modò appulerit, h. e. prioribus duobus diebus: adeoque quod illi auferunt, huic addunt. Nim. haud 577
mediocriter turbat Magistri rationes, qui cœpta jam septimana, quod minimè divinare potuit Magister, valedicit; ubi tantum operarum perficiendarum jam recepit, quantum eo tempore cum Adjutore absolvi possibile est: nunc autem fallere cogitur, aut si præstare promissa cupit, alium conducere Boethum, eumque integra ut diximus mercede: ac nihilominus incertum est, alium nancisci possit, nec ne. (3.) Detractio Magistris per- 578
mittitur, sicubi Optiones sui, abiturientem Commilitonem, durante septimanâ comitantes, ultra tempus tolerabile & arbitrarium emanserint. Nach dem er lang aus Arbeit blieben / soll ihm an seinem Wochen-Lohn der Meister die versäumte Zeit abzuziehen Macht haben / rc. Serar. *Artic. 10.* Quod locum quoque habebit, si aliter Vacunæ litaverint, prout *infra de* Cessationibus patebit.

Sed quid si dies feriatus unus itemque alter, in septimanam incide- 579
rit, poteritne eum Dominus detrahere? de hoc ita caverunt Ernestus & Albertus Elector & Duces Sax. post Quasimodog. 1482. Dresdæ: Ob ein heiliger Tag in der Wochen würde / der soll den Wercleuten / auch den gemeinen Arbeitern an ihrem Wochen-Lohn nicht schaden. Würden ihrer zween / der eine soll ihnen an ihrem Lohne abgehen / der ander soll ihnen mit dem Wochen-Lohne verlohnet werden. Würden ihr aber drey / so soll man ihnen die Woche nur halb verlohnen. Circa *Typographos* istud peculiare videtur esse, 580
quod dies quoscunque in Kalendariis rubro colore impressos invenerint, feriari, & quidem citra ullam mercedis defalcationem ipsis liceat, aut si è re Domini sui sit, operas eidem fieri, peculiariter desuper convenire ac remunerari oporteat. Unde non est quod metuas, Sphalma typographicum circa dies illos rubros iri commissum, aut unicum eorum omissum: Ne ta- 581
men multiplicentur, Domini viderint! Boethi sanè jurium suorum custodes sunt admodum vigiles. Quare, cum anno hujus seculi trigesimo quarto, Officina Typographica jure hereditario ad aliquem, isthuic arti non addictum, esset devoluta, isteque exercitium ejus, ex permissu Academiæ conabatur instituere, tota Societas certa ipsi capita, interque ea de Feriis quoque observanda proposuit *d. 2. Novembr. No. 7.* Die Drucker-Feyertage geben und halten / coetera alibi allegabimus. Præter mercedem hebdo- 582
matariam, quorundam opificum Socii, non à dominis modo operarum Honoraria Trinck-Geld postulant; cujus intuitu etiam Magistri mercedem accidere solent, geben ringer Wochelohn. Verùm certas operarum spe-

cies minutas, Flickerey/ Sonntags-Arbeit sibi vendicant, sic ut Magistri materiam, die Schuster das Leder suppeditare debeant. conf. Serar. *statut. Artic. 23.* Quædam opificia statis temporibus quadrantem lotionis in balneo ein Bade-Geld porrigunt.

ANNOTATIONES.

583 * *Mercede.* Quæritur hic an etiam filius, boethus patris, mercedem prætendere possit? Decidit Beier de *Domestic. Opific. Cap. X. th. 8.* sequenti modo: Nobis videtur negotium ex moribus opificum commodissime posse ita decidi. Utrum Pater filium sublevaverit oneribus boethis alioquin incumbentibus, & tunc merces per talia onera erit compensata. An filium oportuerit Boethos advenas more solito excipere Ein- und Ausschencken, Handwercks-Gewohnheit mit halten, & si quid suppeditaverit Pater, mercedi imputaverit, haben mit dem Sohn als wie mit einem frembden Gesellen gerechnet, & tunc voluit eum tanquam extraneum habere, & tunc residua merces debebitur. Casum hujus rei circa tincturam panni refert Nicol. Everhardus *Consil. Belgic. XCII. n. 1. 2.* ubi ita disserit: *Ad primum respondetur, quod filius in casu quæstionis nihil potest petere ratione obsequii præstiti suo patri. Quod deducitur breviter sic, quia licet de jure sit dubium, si pater concederet filio peculium seu aliquam summam pecuniariam, cujus occasione ipse filius multa lucraretur, an tale lucrum acquiratur patri, quoad plenum jus & judicari debeat peculium profectitium; vel filio quoad proprietatem, & sic adventitium peculium. De hoc tamen nullum est dubium, quin filius existens in obsequio patris, in domo ejusdem recipiens alimenta & alia vitæ necessaria, tenetur laborare & servitia impendere suo patri l. sicut ff. de oper. libert. Nam licet de jure pater alere teneatur filium regulariter, hoc tamen fallit in filio, sciente laborare & non curante seu volente hoc facere; Et istud maximè verum est in filio in potestate patris constituto, qui acquirit patri, secus in emancipato. In quo tamen filio emancipato tenuit ipse Baldus idem, quod supradictum est, quoad petitionem mercedis non conventæ vel promissæ Vol. IV. Consil. 207. per leg. Officio C. de negot. gest. Quare cum in casu præsenti non constet, ipsum filium ex pecunia vel re patris aliquid notabile lucrum, deductis expensis, esse acquisitum, imo nec ex obsequio ejus, sequitur clarè, in hoc casu ipsum filium nihil posse petere. Add. Struv. Synt. Civ. Exerc. XXXVIII. th. 33.*

584 * Wochen-Lohn. Quantitas hujus mercedis hebdomadariæ variat. Juxta Weißgerber-Ordnung in Electoratu Saxoniæ de anno 1661. in singulas septimanas 8. grossi sunt determinati *Artic. IX.* ibi: So viel das Wochen-Lohn anrei-

anreichet, soll einem Gesellen, er sey Rößler oder Rheinischer, die Woche mehr nicht, denn neben gewöhnlicher Kost 8. Groschen gegeben werden.

* *Statui.* Aliquando juxta mensuram operarum merces est statuta, uti apud 185
Pannifices juxta Tuchmacher-Ordnung zu Franckenhausen de anno 1670. *Artic. XVI.* Wird einem Knappen von einen Meister-Gewichte zu krempeln 9. Pfen zu kämmen aber 2. Groschen 3. Pfen. von einen Pfund Webel in einen zwey und dreyßiger einzutragen 1. Gr. 9. Pfen. von einen sechs und dreyßiger oder viertziger 2. Groschen zum Lohne gereicht. Wer hierwieder handelt, soll einen Gülden zur Straffe geben, wovon die Helffte Unserm Gräfflichen Ambte, die andere Helffte dem Handwerck zukommt, zu erlegen schuldig seyn.

Thes. III.

Cibum ac *Potum Lectumque* quod attinet, æquum omninò est, Magi- 186
stros Sociis de his prospicere, quia nemo præsumitur vivere de Vento. *l. f. C. de alim. pup. præst. l. 18. §. 2. ff. Commod.* & quod de unoquoque peregrinante dicitur, Non posse diversorium secum circumferre, Könne die Herberg nicht mit sich umbführen / id verò de Opificum Adjutoribus est quam verissimum; præprimis, quia plerorumque status non admittit, peculiarem alere familiam. Excipimus tamen hic Boethos Pannificum Tuchknappen / 187
qui statum Magisterialem perrarò ambiunt, adeoque in ipsa Sociali conditione matrimonium ineunt, suas uxores & rem familiarem habent, deque suis stipendiis vivunt. His accensemus & Adjutores Typographorum, quibus arbitrium relictum, aut Domini convictu uti, aut in ejus locum pecuniam, Kost-Geld accipere. Plures annumerare supersedemus, in re nota. Quoniam tamen abusus ille supervenit, quo Boethi Magistris suis cibis 188
potusve quantitatem & qualitatem ausi præscribere; quod etiamnum inter Sutores usu venit, ut lautius tractentur quam ullius opificii optiones, etiam cum jactura Magistrorum suorum, teste experientia; Ideo publico Imperii decreto res hæc ad Magistratuum arbitrium est redacta. videlicet *Reform. polit. August. de An. 1548. Tit. 37. §. 6.* ibi: Wir wollen auch / daß die 189
Handwercks-Knechte und Gesellen denen Meistern nicht eindingen / was und wieviel sie ihnen jederzeit zu essen und zu trincken geben. Nihilo tamen minus Magistri sua sponte ita tractare eos debent, ne ansam justè querendi habeant. per *Ord. pol. Francof. 1577. Tit. 38. §. 6.* ibi: Doch daß die Meister ihre Knechte und Gesellen dermassen halten / daß sie zu klagen nicht Ursach haben. Darum die Obrigkeit auch jederzeit Einsehen thun soll. *add. Tit. XV. §. 2. ibid.*

Stamm.

590 Stamm. *d. Servit. person. Lib. 2. cap. 5. n. 4. seqq.* Caveant tamen ipsimet Magistri, ne se invicem traducant, atque coram Boethis diffament, tanquam famulitium suum nimium parce atque supra modum sordidè tractent: hoc enim foret species servi corrupti, atque impingeret in Decalogi præceptum nonum; quemadmodum de certo Magistro per contemtum fuerat dictum: Er speise lauter Steiffmatz: sed retorserat: Convicium hoc sibi per hominem nequam dictum. Actionem injuriarum competere, Senatus
591 negavit *16. Dec. 1678.* In Belgio videtur huic rei medela per hoc inventa, quod nemo Magistrorum Socios suos seu lecto seu mensa excipiat, sed quemlibet sibi ipse de his prospicere oporteat; quare, ubi cœnandum est, (nam à prandiis abstinere parsimonia jubet) aut cubitum eundum, quisque sibi aliud hospitium Schlaffstedte/quærit: In ejus vicem largiorem solvunt mercedem: quæ quidem plures allicit atque isthuc confluere facit; sed fallit, si morem germanicum sibi imaginati sunt. Parce tamen viventes, plusculos sibi nummos conquirere possunt.

592 Istud ad hoc argumentum pertinere atque adhuc superesse videtur: *Quo genere actionis mercedem consequantur:* seu potius: qua conventionum specie ab initio cum Magistro paciscantur; Locatio sit, An Contractus Innominatus Facio ut Des? Utrumque puto occurrere; atque primis quidem quatuordecim diebus, quibus Irregularibus etiam operari licet, cum quibus tamen nulla pactio est, per dicta *sup num. 278. 341. 566.* Innomina-
593 tum contractum esse. Elapso autem spacio illo privilegiato, contractum nominatum Locationis, omninò ineundum esse; adeò, ut si Magister sit irregularis, potius ab eo discedendum: Sin regularis, ut nihil impediat, nullatenus omittendum, aut mulctam præstò futuram. Ita exsertim cavetur Statut. Serar. *Art. 12.* ibi: Wenn er nun 14. Tage allhier in Arbeit gestanden/und machet keinen Leykauff mit dem Meister/der soll dem Alt-Ge-
594 sellen die halbe Schencke hinterlassen. Unde pronum est definire, qua actione Residuum mercedis consequi valeant. *Ratio* autem horum, sicut pleraque Opificum, ac præcipuè Boethorum, *in obscuro* quidem est, A comparatis autem argumentari licet, quòd, qua ratione post elapsam quaterdenam coram Sociis comparere, symbolisationem seu tesserationem, ut ita loquamur, oportet postulare, ac si non fecerint, mulctam incurrant: Eadem quoque cum Magistro super mercede, utut alioquin stata certaque pa-
595 cisci oporteat. Nisi fortè metuunt cœteri, exstiturum quendam, qui nulla mercede conventa, ad beneplacitum Magistri uff Gnade sit operaturus, uff Wohlgefallen/sperans mercedem: eoque ipso non exiguum illis quoque

que attracturus sit præjudicium, ut quibus Magister quisque suus idem ausurus sit obtrudere, tanquam mercedem ex gratia magis quàm meritô suô percipiant: Equidem non definio.

ANNOTATIO.

* *Lectum.* Pariter etiam boethis ægrotantibus medicamentis est prospiciendum, vel à Magistro, impensis tamen boethi propriis, vel si pauper sit ex arca aut Magistrorum aut boethorum subministrare quid solet, pro diversa Collegiorum observantia. Aliquando etiam extraneo hoc onus potest incumbere providendi boethis certi Collegii ægrotantibus; Uti Collegium Sartorum Veronæ ex Legato Mevii jus habet ex suis tyronibus aut boethis aut Collegis, pauperem aliquem ægrotantem in Hospitali N. habendi, cui alimentis & medicamentis commodo loco & lignis ibidem inserviatur; nullo autem ægroto inter sartores existente, jus XX. florenorum annuorum ex dicto Hospitali percipiendi. Add. Diana *Part. I. t. 1. Resolut. 84.* Zypæus *Respons. de Jur. Canon. Lib. III. de Regular. Resp. VIII.* 596

Thes. IV.

In operis ipsis attendendum ad earundem *Objectum* & *Adjunctum.* Ibi, 597
præ cœteris cavebunt, ne aut res vetitas illicitasve, aut ex materia reprobata conficiant. Sic Typographi pactis atque conditionibus, quæ paulò antè, *n. 581.* proposuisse diximus, etiam hæc inseruerant: Ne quid absque Censura, Neve mutilos mancosve imprimeret libros: nicht verstümmelte Bücher drucken. Serariorum Boëthi non ausint Claves adulterinas conficere: *Statut. Art. 23.* Soll kein Gesell oder Jünger/ so allhier in Arbeit ste- 598
het/ sich unterstehen/ ohne Vorwissen seines Meisters/ jemand einen Capital-Dietrich/ oder Nachschlüssel/ so in Wachs gedruckt/ zu fertigen. Ubi etiam habetur, Ne ad instantiam ancillarum aut cujuslibet famulitii, conclave arcamve, nisi Dominus dominave sit præsens, reserare audeat Socius. Re- 599
stionibus haud licitum est fila attrita vel obsoleta recentibus intorquere aut involvere; sicut forsan aliqui eorum facere consueverunt, unde per jocum illis objici solet: Sie überwinden das Böse mit Guten: quæ phrasis alias in moralibus significat: Mala superare bonis, seu malè meritis, rependere beneficia. Qua de causa adventantibus ex itinere Optionibus diligenter inculcatur, ab eo ut abstineant. So darff auch keiner kein verbothen 600
Zeug nicht arbeiten/ als nehmlich Flachswerck in gezwirnte Arbeit einziehen. So darff auch keiner kein Haar ein/ noch überziehen/ so darff auch keiner keinen alten Seyl-Faden verneuen/ sondern frey und ledig wegspinnen/ wie der

Gebrauch von Alters her gewesen ist. Uter autem adversum ea fecerit, Ma-
601 gister an Boëthus, mulctæ reus est. Sartores ex rescripto Friderici Wil-
helmi, Ducis ac Pro-Electoris Saxon. *de 19. Febr. 1595.* Larvatis, tempore
bacchanal. discursantibus, vestitum conficere prohibentur, sollen den Fast-
nachts-Läuffern keine Mummen-Kleider machen. Multo minus instrumenta
se ac succenturiatores alienæ prodigalitatis ac luxuriæ in vestitu exhibe-
bunt: secus facientes severè puniuntur, wenn sie andern Kleider machen/ so
ihnen zu tragen nicht gebühren. Churfürstl. Sächs. Policey-Ordnung *de An.*
602 *1612. punct. §. 5.* und weil durch die Schneider. Sicut & alii opifices luxuriæ
vestimentorum vel gulæ inservientes, *ibid. 5. seqq.* puniri jubentur. De
Scriniariorum optionibus jam alibi audivimus: Non licere ipsis ruri ope-
ras suis auspiciis suoque commodo elaborandas conducere. Tubicines
Fidicinesque prohibiti sunt, operas suas noctu per plateas, ac præprimis
tempore jejuniorum Studiosis elocare aut præstare. His adde *Constitutio-
nem de An. 1656. d. 2. Nov.* Verordnung wider die/ so sich des Trompetenbla-
603 sens zur Ungebühr gebrauchen. Licitas operas elocant præstantve aut se-
cundum numerum operum elaborandorum, Stückweiß/ aut per aversio-
nem, uff Woche-Lohn: quod utrum malint, ab initio declarabunt, inter-
rogati desuper à Lustratore: Ob sie auff Stückwerck oder Woche-Lohn
umbschauen lassen wollen. *Serar. Artic. 15.*

ANNOTATIONES.

604 * *Reprobata.* Unde dolum quoque & culpam in operando socius præstare tene-
tur; Uti declarat Attestatum Collegii der Loh-Gerber in Greissen de dato den
3. Febr. 1712. in sequentibus formalibus: Demnach Meister Heinrich
Borberg, und Meister Friedrich Stange, beyde Bürger und Loh-Gerber in
Greussen erschienen, und vorbracht, wie daß ein Geselle bey sie eingekommen,
in Willens, Meister bey sie in Franckenhausen zu werden. Wie denn nun
gebräuchlich, daß ein jedweder Frembder, die Muthe erstlich thun muß, es
sey in dem Ort, wo er willens Meister zu werden, oder in der Frembde, weil
ihm nun Meister Borberg, dem Gesellen, wie er vorbracht, so lange Arbeit
geben wollen, der Geselle auch nach Handwercks-Brauch eingestanden. Da
ihm nun der Meister sieben Leder unter die Arbeit gegeben, in Meinung, weil
er ein alter Geselle wäre, und willens Meister zu werden, ihm tüchtige Arbeit
zu machen. Weil aber der Geselle die sieben Leder, welche er schwartz gema-
chet, gantz und gar verdorben; Als haben uns obgedachte Meister solche Le-
der in unser Handwerck gebracht, und solches zu erkennen gegeben, ob es könte
vor Kauffmanns-Guth erkannt werden; So können wir anders nicht atte-
stiren,

ſtiren, als daß das Leder an der Gahre richtig, aber der Geſelle ſolches in der Bereitung gantz und gar verdorben, indem ein halbes dabey, welches gantz zerbrochen, und der Geſelle, wie es hie und andern Orten gebräuchlich, das zubrochene Leder bezahlen muß. Vor das andere aber, ſo er nicht recht zugerichtet, iſt ihm der Meiſter nicht ſchuldig Lohn zu geben. Solches wird von uns atteſtiret, und nach ihren Begehren, mit unſern Handwercks-Siegel unterdrucket. So geſchehen Greuſſen den 3. Febr. 1712.

* *Operis.* Sunt præterea operæ fideliter ac ſolitariæ præſtandæ, nec poteſt ſocius alia ſimul jungere commercia. Prout conſtitutum legitur in Ordinatione Pannificum Electoris Saxoniæ de anno 1545. *Artic. XVI.* ibi: Es ſollen aber die Geſellen nicht handthieren oder Gewerbe treiben, und alſo darneben obberührte Freyheit des Handwercks mit der Herberge gebrauchen, ſondern da einer oder mehr darüber betreten, darumb nach des Handwercks Ermeſſen geſtrafft, und nicht geherberget werden. 605

* *Veſtimentorum.* Ita Sartor veſtes in Ordinationibus Veſtiariis prohibitas, 606 conficiens, aut vendens etiam puniendus eſt, cum cauſa quodammodo moralis contraventionis contra prohibitionem exiſtat. Atque ita diſpoſitum in Churfürſtl. Sächſiſ. Kleider-Ordnung de anno 1612. ibi: Und weil durch die Schneider alle Mißbräuche am beſten verhütet werden können, ſo ſoll nun hinführo kein Schneider keinem einig Kleid zuſchneiden oder anmachen, ſo ihme vermöge dieſer Ordnung, zu tragen nicht gebühret; Würde aber ein Schneider dawieder handeln, es geſchehe durch ihn ſelbſt, oder ſeine Geſellen, derſelbe ſoll zum erſten mahl umb acht Thaler, zum andern mahl umb ſechzehen Thaler geſtrafft werden. Da er aber an ſolche Geld-Straffe ſich nicht kehren, ſondern zum dritten mahl der Ordnung zuwieder handeln, und einem oder dem andern, wer der auch ſey, ein Kleid, ſo ihme nicht gebühret, angemachet haben würde, dem ſoll auf ein Viertel Jahr ſein Handwerck geleget, auch, nach Befindung ſeiner vielfältigen Verbrechung und muthwilliger Wiederſetzung dieſer wohlgemeinten Ordnung, das Bürger-Recht gäntzlich eingezogen werden. Nach welchen ſich gleicher geſtalt die Gold-Schmiede, Kürſchner, Schuſter und andere Handwercke zu achten, und dieſer Ordnung, in Verfertigung ihrer Arbeit allenthalben gemäß zu erzeigen, und vor jetzo benannten Straffen zu hüten wiſſen werden. Wie denn auch die Schneider, ſolchen deſto mehr vorzukommen, mit keinen Waaren, ſie ſeynd ſeiden oder wüllen, es ſey inländiſch- oder frembde Tuch, ſeidene oder wüllene Schnüre, oder dergleichen handeln, oder ſolche vor ſich führen ſollen, die Leute darein zu kleiden, ſintemahl die Erfahrung bezeiget, daß dadurch manch junges Blut

eine übermäßigere Kleidung, als ihme wohl gebühret, auch sonsten von ihm geschehe, zu tragen verursacht, die Leute damit übersetzet und übertheuret werden, und mancher dabey in grosse Schulden geräth, welche hernachmahls ihme oder seinen Eltern und Freunden, zu bezahlen, allzuschwehr. Und dessen allen sollen sich die Schneider enthalten, bey Vermeidung obbenannter Straffe. Idem repetitur in der Policey-Ordnung *Tit. XXII.* §. *29.* ibi: So sollen auch die Schneidere, so wieder diese unsere, oder der Obrigkeit jedes Orths gefertigte Ordnung einen kleiden, sie thun es vor sich, oder vor ihre Gesellen, das erste mahl 8. Thaler, das andere mahl 16. Thaler der Obrigkeit verfallen; wenn sie aber zum dritten mahl wieder kommen, ihnen auff ein Viertel Jahr ihr Handwerck geleget, und so auch dieses nicht verfangen wolte, das Bürger-Recht gar eingezogen werden.

THES. V.

607 Adjunctum Temporis, est operarum tum inchoandarum tum finiendarum. *Inchoantur* diurnæ primô manè, quarta videl. matutina: & hæc causa est, quare quædam Opificia Boëthis suis indulgent aut ipsimet præbent superpondia & honoraria, de quibus *v. n. 582.* Ita Serarii *Art. 23.* Sonsten soll / so eine Auffsperrung oder ein alter Bart auff den Schlüssel zu löthen / nach Feyerabend oder des Sonntags zu machen käme / dem Gesellen zu machen verstattet / und zum Trinck-Gelde zugelassen werden / dahingegen sollen
608 sie morgens umb 4. Uhr in der Werckstadt sich finden lassen / ꝛc. Cessatio & finis operarum dicuntur *Feriæ*, suntque vel *diurnæ* vel anniversariæ: quotidianus labor regulariter finitur horâ septimâ vespertinâ, sed die Saturni unica hora anticipatur, v. g. apud Restiones; cui apud Serarios dies Lunæ exæquatur, ut vespertina sexta feriari Feyerabend machen permittantur.
609 Apud quosdam opifices moris est, ut ad excitandam diligentiam, tempore autumnali, quô citius vesperascit, anserem assatum, die Licht-Gans dictum accipiant, ex quo tempore ad candelam operari incipiunt: Id quod tamen cum quadam ampliatione exaudiendum, ut, dum spes modo fiat Epuli illius anserini, confestim ex quo tempore dies decrescit, lucubrationes quoque incipiant. Typographi bina exhibent Boëthis convivia, Bacchanalio-
610 rum & Martini. De cœtero Bacchanalia sunt omnium opificiorum feriæ *anniversariæ:* quibus alia diem Jacobi addunt, ut Vietores, quo, si per statum provinciæ modo liceat, choreas circulares Böttger-Tantz agunt, & cum fidicinibus per plateas obeunt, ad ædes eorum quibus operari solent ihren Arbt-Herrn / stipem collectam, (iste enim finis est hujus ludi) Sympo-
611 sio instituto consumunt. Noribergæ Scriniariorum Socii stato anni die urbis

urbis vicos circumeunt, induti vestibus, assulis seu segmentis asserum variegatis, ex quibus etiam flores omnis generis, colores eorundem imitando, secum ferunt, ac cui volupe est porrigunt, unde honoraria conquiruut, de quibus deinde gulæ suæ benefaciunt: in quo apparatu multum temporis consumunt. Simile fermè *festum* ibidem Lanii, Magistri tamen 612
ipsi, non Optiones celebrant, quod *Farciminarium* dixeris; consuto videl. è visceribus farcimine quingentos dixerim ulnas longô, propterea etiam ab aliquot robustis bajulis portando, de quo frustula resecta inter Patronos & Benefactores distribuunt, eadem cum superiori liberalitate, fine atque fructu. Sed origo ad liberatos à seditione Patres patriæ per istud opificium refertur.

Fuit quondam & *Lunæ dies* feriatus, ob vicinitatem diei Solis, unde 613
rythmus: Montag ist Sonntags Bruder / cui addidit quispiam: Dienstag liegen sie auch noch im Luder. Vocatusve fuit guter Montag; adeoque non anniversarius sed *hebdomatarius*: propter frequentiam igitur & abusum abrogatus seu potius contractus, pro diversitate tamen opificum diversimodè, Scriniarii *quatuor* illos, Bacchanaliorum, Cantate, 614
Jacobi & Simonis Judæ deputarunt; secundum nempe & quartum, quia nundinæ hujus loci anniversariæ, pro Sociis intercedere visæ sunt: quibus dubio procul Vietores accedunt; sed Serarii *tres* solum dies Lunæ feriatos nacti sunt, Nundinarum & Bacchanaliorum. Plures qui sua autoritate sacros facit, mercede imminuta expiabit. Solte aber ein Gesell oder Jünger mehr gute Montage halten / als oben gesetzt / dem soll der Meister die versäumte Zeit abkürtzen. Hujus Festi istud notetur privilegium, quod sit Ne- 615
cessarium & suo modo universale, dum Socios Collegii omnes, absentes tanquam præsentes stringit, nemoque ei impune se subducere queat, quin partem sumptuum ferre teneatur, v. g. apud Serarios 3. Groschen: apud Scriniarios ipsam symboli medietatem halbe Zech einer Person / per sua statuta, *rubr.* Wie sich die Gesellen beym freyen Montag zu bezeugen / verba 616
textus: Wenn die Gesellen Fastnacht oder ihre freye Montage halten / und eine Zech machen / nach Handwercks-Gebrauch / so soll ein abwesender Geselle / er sey in der Stadt oder auf dem Lande / welcher nicht mit halten will / die halbe Zeche einer Person zu geben schuldig seyn. Quod nescio an in odium Singu- 617
laritatis factum, Ne quis communi hilaritati se subducat: Aut in gratiam Magistrorum, Ne hujus Socii hosce; aliorum alios dies festos agentes, alteros alliciant ad simul feriandum, & sic redeant ad antiquum illum modum, omnes Lunæ dies feriandi. Quod incidit mihi, occasione illius Sera-

 riorum

riorum *Artic. 7.* ne, qui sua autoritate feriatur, aliis salivam moveat visi-
618 tando, transeundo &c. Auch soll bey Straff eines Woche-Lohns / derjenige / der vor sich guten Montag hält / in keine andere Werckstadt / noch etliche mahl vorbey gehen / den andern Gesellen Anlaß zu geben / mit zu feyren / dadurch denen Meistern die Arbeit verhindert wird. Eo igitur modo per indirectum ad operandum reducitur, dum Socios otiandi nullos nanciscitur.

619 Pari ratione in quibusdam provinciis *Encænia* & Festa dedicationis Templorum, quæ Pagani epulis atque aliquot dierum conviviis celebrare solebant, atque olim per diversa tempora distributa erant, ut vicini vicinos visitare possent, In unum diem rejecta collectaque sunt, qui solus feriatus esse permittitur, atque adeo dum universalis est, & per integrum aliquem tractum epulari oportet, *Epulæ provinciales* dici audias, das Land-Essen:
620 quondam, die Kirmsen / contractè pro Kirchmessen / vel Kirchweyhe. Alterum notabile esse potest, quod *Feriæ Bacchanaliorum* festivæ magis æstimantur cœteris; atque dum Boethis eo die v. g. dimidius imperialis ex arca porrigitur consumendus, cœteris vix hujus medietas, atque quadrans solum imperialis vel nihil etiam indulgetur: uti Serariis *dict. Artic. 7.* Forsan diversitatis ratio latet in Universalitate festi bacchanaliorum; nam cæteræ
621 sunt quasi locales, Nundinarum scil. hujus civitatis. Atque isthæc operarum feriarumque alternatio continuatur, donec vel novo itineri se accingant, vel in ipsos desinant ipsi Magistri: quibus casibus non tam feriari atque cessare, quam operas sociales finire dicuntur; ibi privatio, hîc mera negatio existit. Interea autem quod ab aliis tempore peregrinationis suæ perceperunt, seu tesseraria fuit præstatio, Ausschencken / seu comitandi officium, begleiten / nunc ex lege gratitudinis aliis Advenis præstare debebit.

ANNOTATIONES.

622 * *Temporis.* Nec tantum fatale certum in operationibus diurnis observare debet; Verum etiam circa discessum & transitum ab uno magistro ad alium certum debet observari interstitium. Sunt enim boethi quidam fastidiosi, quibus aut cibus non est ad palatum, aut existimatio magistri, & officina deserta displicet; operæ non nisi plebejæ contemptibiles sunt, unde haud proficiant in arte. Contra magistri quidam invidiosi atque curiosi, ubi exercitatum quendam boethum in Confratris alicujus officina cognoverunt, insidiantur, sollicitant, pollicentur, ad se ut pelliciant. Unde si directo de officina in officinam liceret transitus, tum & mores boëthorum facilè corrumperentur, & officinæ interirent. Cui malo positus obex per fatalia *subsistendi* obeundique. Cæterum illa fatalia variant. Juxta Statuta des geschenckten Handwercks der Nagel-

gel-Schmiede in Franckenhausen ita disponitur *Artic. VIII.* So ein Meister einen Gesellen unter vierzehen Tagen Abschied giebt, soll er das Zin-Geld nicht erlegen. Nimmet aber der Geselle unter vierzehen Tagen Abschied, soll er es erlegen. Add. Beier. *in Advoc. Cap. XXI. th. 9.*

* *Abrogatus.* Extat hac de re expressa Constitutio Bavarica in Ordinatione 623 Provinciali *Lib. IV. tit. 1.* sub rubrica: von Handwerckern *Artic. XIX.* Tit. Daß denen Handwercks-Gesellen der gute Montag nicht mehr gegeben noch zugelassen werden soll. Textus: Als auch bißanhero in etlichen Handwercken der Mißbrauch gewest, daß die Meister ihren Handwercks-Gesellen in der gantzen Werck-Wochen, am Montag ein Feyer und Müßiggang haben zugelassen, daraus unbillige Versäumniß der Arbeit, auch unnothdürfftige Zehrung und ander Nachtheil erfolget; So wollen Wir, daß solcher Mißbrauch, vergeblicher Müßiggang und Feyer (welchen sie den guten Montag genennet) oder auch an einen andern Tage, allenthalben in Unsern Fürstenthum, in Unsern Städten und Märckten und auff den Lande gäntzlich abgethan, und denen Handwercks-Knechten keines weges mehr zugelassen, noch gestattet, sondern welche sich darüber solchen guten Montag zu halten unterstehen, die darum gestrafft werden sollen. Similiter dispositum legitur in Gothaischer Landes-Ordnung *Part. II. Cap 3. tit. 38.* ibi: So soll ihnen auch kein guter Montag nach- und zugelassen seyn; Noch sie Umbgänge und andere Zusammenkünfften, welche auff Fressen und Sauffen hinaus zu lauffen pflegen, und sonderlich zuweilen, zur Fasten-Zeit eingeführet werden wollen, halten mögen. Pariter dispositum in der Churfürstl. Brandenb. in Hertzogthum Magdeburg publicirten Policey-Ordnung de anno 1688. *Cap XXVI. §. 25.* ibi: Nachdem auch an einigen Orten Unsers Hertzogthums Magdeburg, die Meister ihren Gesellen des Montags den Müßiggang verstatten; woraus unbillige Versäumniß der Arbeit, auch unnothdürfftige Zehrung und andere Nachtheil erwachsen, so soll solcher Müßiggang, bey nahmhaffter Straffe abgestellet, und die Gesellen von Montags biß Sonnabends zur Vesper-Zeit, stetige Arbeit behalten, auch diejenigen Gesellen, welche sich dessen verweigern, im Hertzogthum Magdeburg an keinen Orte gedultet werden.

* *Bachanaliorum.* Ejusmodi tamen feriationes, ob multiplicem abusum sunt 624 prohibitæ in dem Reglement der Handwercker Ducis Brunsuicensis Georgii Wilhelmi de anno 1692. *num. 27.* ibi: Was denn die also loßgesprochenen auch von andern Orten herkommende Gesellen betrifft, sollen sich dieselben gegen ihre Meister, geziemender Bescheidenheit befleißigen, auch ihre Arbeit mit gehörigen Fleisse und Treu verfertigen. Massen denn die dargegen bißhero

hero eingerissene Mißbräuche und Unordnungen, so viel immer möglich, abgeschafft, in specie aber denen Gesellen die also genannte **Krugtäge** / freye Montags, Fastnachts, und andere dergleichen liederliche und nur zum liederlichen Gesöff angesehene Gelage, nach eigenen Belieben, zu der Meister Ungelegenheit, und viel Versäumniß der unter Händen habenden Arbeit, anzusetzen, und sich alsdenn vom gantzen Handwerck auf einmahl zu versamlen, und diejenige, so sich darzu nicht einstellen wollen, zu bestraffen, nicht gestattet, sondern dagegen von der Obrigkeit zureichende Ordnung gemachet werden. Will aber ein Meister seinen Gesellen, dann und wann einen gantzen oder halben Tag in der Wochen, zu ihren eigenen Behueff oder recreation erlauben, bleibet ihm solches unverwehret. Es soll ihm aber von denen Gesellen darunter nichts vorgeschrieben werden, sondern eine bequeme Zeit, da er ihn am besten entrathen kan, zu erwehlen, allerdings frey und bevor bleiben. Similiter Constitutio Electoralis Saxonica de dato 1661. *Tit. XXI.* ita sancit: Denen Handwercks-Gesellen soll kein guter Montag zugelassen, vielweniger ihnen Umbgänge und andere Zusammenkünfften, welche auff Fressen und Sauffen hinaus lauffen, und sonderlich zur Fasten-Zeit eingeführet werden wollen, verstattet werden.

CAPUT X.

De Conversatione boethorum civili.

Conspectus.

Officium pietatis boethi in relatione ad Deum n. 626. 627.
Vestitus decorus boethorum & signa opificii sui n. 628. & seqq.
Gestus ac verba moderata decent boethum n. 631.
Cultus sacer & religiosus diei dominicæ debet observari à boethis n. 633.
Boethus qui nuptiis carnificis interfuit non est infamis n. 634.
Gladium boethi, extra iter, gerere non debent n. 635.
Officia civilitatis quæ boethus erga alios observare debeat n. 636. & seqq.
Mutuum boethorum declaratur n. 639.
An unus Optionum præ altero fidejubere possit n. 642.
Socii non admittuntur ad contractum emptionis venditionis n. 648.
Societas inter magistros & boethos est prohibita n. 652.
Quæritur, num boethi uxorati admittantur, an cœlibes esse debeant n. 653.

Socii funus defuncti socii comitari debent n. 654.
Operæ suspectæ & periculosæ nulli boetho committuntur n. 656.
Execrationes Statutis opificum prohibitæ n. 658. & seqq.
Civilitas morum inter boethos declaratur n. 661. & seqq.
Delictum inter opifices Lügen straffen, *coercetur n. 674.*
Rixæ & injuriæ boethis sunt interdictæ n. 675.
Reliquatio & servi corruptio inter boethos n. 679.

Thes. I.

ENimverò, satis diu est, quod Boethum nostrum intra cancellos offici- 615
næ detinuimus, quoniam igitur ad pistrinum, triremes aut in metallum non est damnatus aut glebæ adscriptus, sed vel olim sui juris & in statu Magisteriali coeteris similis erit, quin etiam concivis & Reip. membrum evadet, non immeritò maturè ipsum in apricum educimus, ad circum admittimus ut conversationi adsuescat civili. Proximè nim. post Magistrum, 626
officinam & opificium, *refertur tum ad se* ipsum, tum *ad* alios: & ut nihil omittamus, vel *ad* DEUM vel *ad* Proximum. Primum itaque officium *Pietas*, huic proximum *Honestas*, tertium denique *prudens Justitia* est. Pietatem inculcant pleraque statuta, quorum regulare initium fit à cultu divino, auscultatione verbi & usu Sacramentorum. Vor allen Dingen sollen 617
die Gesellen und Jünger dieser Zunfft / so allhier in Arbeit stehen / GOttes Wort mit Andacht anhören / und die heiligen Sacrament zu rechter Zeit würdiglich gebrauchen: Auch bey Zusammenkünfften nicht bey Gottes Nahmen freventlich fluchen noch schwören / oder sonst grobe Zoten treiben. Wer darwieder handelt / der soll selbiges mit einem Woche-Lohn oder 6. Groschen verbüssen ohne Gnade. *Honestas* tum *vita*, tum *vestitu* ostenditur. Primum 628
enim, ubi ex officina discesserint, est, ut honestè vestiantur, corollare, tibialia, pallium sumant, nec ita discincti incedant, ut furca decidisse putes, ubi ventus ita perflaverit. Discincta vestis, discinctus animus; Ne nega! ut habet vetustissimi Poetæ Accii versiculus, quem Nonnius recitat: Quare, si vel maximè in expeditione opificiali & gratia operandi exeant, attamen si locus paulò sit remotior, vel instrumento artis pro pallio sumto compareant. Idque aut scriptis cavetur statutis, aut traditione conser- 619
vatur, atque subinde inculcatur, dum peregrinantium aliquis appellit: v.g. So mit Gunst / so hälts auch weiter Handwercks-Gewohnheit allhier / So darff auch keiner auf die weyde Werckstadt gehen / Er habe denn etwas an der Hand / das dem Handwerck gemäß ist. So darff auch keiner über das dritte oder vierdte Hauß gehen / ohne Mantel und Kragen / ohne Schue und

Strümpffe / in reverenz zu reden. Sonst wird er auch in der Gesellen Straffe
630 seyn. Unde non facile Vietorem videas aut Fabrum ferrarium absque malleo: (obiter notes, Vietores alicubi ferreis quoque malleis uti.) Fabrumve lignarium absque ferro angulari. Pistores ad molendinum ituri, albô linteô cincti femora incedunt, sacco humeris injecto: & in eo Boethorum atque Magistrorum par est habitus. Nam & qui palliis non utuntur aut carent, ad templum ire solent instrumento quodam artis suæ instructi. Quousque autem ornatum in vestitu extendere debeant, vid. *Constitut. 1482. & 1612. Corp. Jur. Saxon. p. 8. f. & p. 293.*

631 *Gestu* denique atque *verbis* moderatum significabunt animum: Nam sermo character animi, & quorum cor plenum est, his lingua abundat. Unde videas passim statutis injungi, ut si quæ verbis proponenda sint, moderatis ac decentibus fiat, und wer etwas hierbey zu proponiren und anzubringen hat / der soll es mit Bedacht und gebührender Bescheidenheit thun.

632 Scriniarii. Qui ulterius articulum habent, quemadmodum Optiones tam in ædibus Magistrorum, quam diversorio gerere se debeant: Es sollen auch die Gesellen in des Meisters Hause und auf der Herberge sich ungebührlicher Worte gäntzlich enthalten / bey Straff eines Wochlohns / so offt es geschicht. Sed illud præprimis prohibetur, ne quis animô concitatô & gestibus iratis mensam palmô percutiat. Wer freventlicher Weise auf den Tisch schläget 2c. quia hoc ad reliquorum invidiam zur Bravade fieri intelligitur.

ANNOTATIONES.

633 * *Verbi.* Quo etiam pertinet cultus sacer & religiosus diei dominicæ, ne à boethis popinas visitando profanetur. In quam rem extat Ordinatio Ernesti & Albrechti Electorum Saxoniæ in der Landes-Ordnung de dato Dreßden Anno 1482. ibi: Item es soll in Städten, niemandes, weder Mann noch Weib, noch Handwercker, ausgeschlossen Gäste oder Wanders-Leute, am heiligen Tage, der von der heiligen Kirchen zu feyren geboten ist, in Schenck-Häusern, Kretzschmar, oder Tabernen, darinnen zu trincken, oder zu zehren, ehe denn die Messen oder Ampt aus sind, gehen. Wo das aber von jemands übersahren, und des verbrüchlich erfunden, der soll beym Rath in der Stadt, da solches geschehen ist, in denen Dörffern, dem Herrn, dem der Kretzschmar oder Tabern zustehet, ein Schock Groschen verfallen seyn. Desgleichen der Schenck oder Kretzschmar, in des Hauß, es mit seines Weibes und Gesindes Willen geschehen ist, auch verfallen seyn. Es soll auch in denen Städten und Dörffern am Wercktage kein Einwohner noch Handwercks-Geselle, der sich zu Dienst, oder zu arbeiten, verdinget, und nicht ledig und frey ist, zu der

Zeche, in ein Schenck-Hauß, Kretzschmar oder Tabernen gehen, bey Verliesung obgesetzter Poen.

* *Honestas.* Ad honestatem porro pertinet cum honestis conversatio, siquidem 634
operari infamibus & ipsum facit maculatum & Tribu indignum. Propterea tamen, quod socius nuptiis carnificis una cum aliis honestis viris interfuerit, culpabilis non fit. Uti responsum fuit à Scabinatu Hallensi Mense Aug. 1617. ad requisitionem des Raths zu Halle. Verbis: Hat ein Drechslers-Geselle von Torgau M. V. genannt, allhier des Scharff-Richters Tochter Hochzeit beygewohnet. Dahero ihn nun die Meister und Gesellen des Handwercks allhie zu tadeln, unehrlich zu halten, und biß zu Ausspruch und Bestraffung etlicher Meister in benachbarten Städten ihme das Handwerck zu legen, sich unterwunden. Dieweilen er aber zuvor und nach gedachter Hochzeit, mit dem Scharff-Richter und seinen Knechten sonsten keine Gemeinschafft gehalten, sondern allein dem Christlichen Wercke beygewohnet, und neben andern ehrlichen Handwerckern zu Tische gesessen, und also hierinnen nichts straffwürdiges begangen; So seynd auch die Meister und Gesellen des Handwercks ihn zu verfolgen, nicht befugt, und habt ihr ihn, den Kläger zu ehren, zu födern, und ihm sein Handwerck wieder zu eröffnen nicht unbillig aufferleget, da aber sie sich hierinnen wiedersetzlich erzeigen, seyd ihr dem Kläger sein Handwerck ex officio zu eröffnen, und dagegen den Ungehorsam an den Beklagten mit Gefängniß, oder einer ziemlichen Geld-Busse zu straffen berechtiget, V. R. W.

* *Vestiantur.* Ad vestitum etiam pertinet, quod *gladium* gerere nequeant, nisi 635
